B. Quaritch
Cholmley sale
£ [struck out]

H. C. Hoskier
Jan. 1903

Perottus, N. de gen. metrorum.
Ven. Maximus de Butricis
of Pavia
1491

(Ven. press 110 of Proctor).
Not in Brit. Mus. or Bodleian

Very rare
Contains rough greek

142 **PEROTTUS (NICOLAUS).** De Generibus metrorum. *26 leaves, roman type, with some primitive Greek, 38 lines to the page, with initial-spaces.* 4to, calf.
Venice: Maximus de Butricis of Pavia, 1491

A BEAUTIFUL COPY OF A VERY RARE BOOK, UNDESCRIBED BY HAIN, PROCTOR, OR ANY OTHER AUTHORITY CONSULTED. NOT IN THE BRITISH MUSEUM. This is apparently this printer's second book. It is of peculiar interest on account of the rude Greek type.

NICOLAI PEROTI DE GENERIBVS METRORVM

NIHIL A TE IVCVNDIVS Nobis potuit iniungi: q̃ ut de ratione metrorum cõscriberemus. Nam & beneficio tuo in illam dulcissimã ætatẽ uidemur reuocati: qua decimum ante annum his studiis una operã dabamus: & rem fecimus: nisi nos fallit opinio: q̃plurimis nõ modo adolescẽtibus: uerum etiam prouectis utilissimã. Ita enim tamdiu hæc ars abolita erat: penitusq̧ restincta: ut uł nullus extaret auctor: qui de ea re traderet: uel siquis supererat: adeo mendosus corruptusq̧ esset ut multa in his discerẽtur: quæ nescisse rectius fuisset. Libuit itaq̧ experiri q̃tum auctoritetis apud nostros hoĩes ex his studiis haberemus: q̄q̃ non lateret nos esse nonnullos qui in capessendis bonis litteris ita obsurduerũt: ut simulac emanat noui aliqd etiã ab eruditis uiris non mõ a nostri similibus qđ ab illoꝵ opĩobus quoꝵ doctrina sunt imbuti discrepet nõ solũ id cõtemnãt: sed acerrimis etiã uerbis insectentur. Verum his qdẽ psuasum uolumus pluris nos facere duoꝵ aut triũ eruditoꝵ iudiciũ: q̃ mille sui similium ineptissimas reprehensiones. Ponderari enim nõ rememorari sententias cupimus. nec. publicũ laudamus consiliũ: in quo nihil esse inæqualius cõsueuit q̃ ipsa æqualitas: nã cũ impar prudentia sit: par omnium est auctoritas: Tibi igitur hũc librum: cuius uoluntate hanc prouinciam suscepimus Iacobe dicamus: in quo fere omnia metrorum genera a nobis comprehensa sunt: ac ueluti per manus tradita. Qua ĩ re ĩcredibile dictu est quos sustinuimus labores: adeo quippe omnia nõ solum præcepta: ueꝵ etiam pedum ac metrorũ nomina corrupta erant: ut necesse fuerit cõpluris non solũ latinos: uerum etiam græcos ad ea comperienda libros euoluere: noua quoq̧ exempla inuestiganda fuere: multa ẽt nostro marte componẽda: quod si unq̃ e uigilatæ a nobis noctes & epota fuligo lucubrationum: ac sudatæ uestes fructus aliquid peperẽt: amplissimum uidebor laborum meorum præmium cõsecutus. Si uero rem potius scombris (ut aiunt) ac tu re dignam composuimus. Tamen hoc nos maxime consolabitur. ꝙ morem gessimus uoluntati tuæ: quẽ ob egregiam indolem: suauissimos mores: excelsum dulce: eruditumq̧ ingenium tantum diligimus: quãtum alium neminem: tantam ex amore tuo uoluptatem capi-

mus: ut nihil iam sine te nobis dulce esse possit: nec longiora nobis uiuendi spatia dari uelimus: q̃ dũ tecum fidelissime amicissime q̃ uixerimus. Vale.

PEs est metrica constructio syllabarũ. Est autẽ pedibus hoc nomẽ ĩditũ a similitudine pedũ corporis. Nã sicut pedibus moueri corpora uidemus: ita uersus ipsi cũ scanduntur: quibusdam quasi pedibus uidentur ĩcedere. Verũ latini quidem hoc nomen ut alia plæraq̃ a græcis sumpsere: nam quod illi πόδας: nos pedes dicimus. dicti autẽ pedes sunt ob æqualitatem quandam: ac ueluti cõueniẽtiã motus: hoc ẽ ἀπὸ τοῦ βῶτο βαίνω mutationẽ β litteræ in π frequentissime usurpatur a græcis: βαίνειν autem non tam ire significat: q̃ cũ quadam ratione & ueluti harmonia moueri: unde & & dicuntur. neq̃ me latet alios qui aliter sentiant: & ĩprimis Aristotelem: qui ἀπὸ τοῦ πέσειν dici πολλάς existimat: sed nos uulgatiorẽ hoc loco opinionem sequi maluimus.

Pedes omnes duo detriginta numero esse cõstat: ex his quattuor dissyllabi sunt: trisyllabi octo: quadrisyllabi sexdecim.

Dissyllaborum primus qui ex duabus syllabis lõgis constat spõdæus dicitur: ut musæ. Secundus q ex duabus breuibus pyrrhichius: ut dea. Tertius qui correptam primam secundam productam habet iambus: ut dies. Quartus qui ex prima producta correpta altera componitur trochæus: ut arma.

Trisyllaborũ uero primus molossus seu trimacrus ex tribus longis constat ut uirtuti. Secũdus dactylus ex longa & duabus breuibus ut iuppiter. Tertius huic contrarius anapæstus ex duabus breuibus & longa ut ueneri. Quartus amphimacrus ex duabus extremis productis & media correpta: ut palladi. Quintus mphibrachus huic contrarius: ut cupido. Sextus bacchius ex prima breui & duabus longis ut quirino. Septimus palimbacchius huic contrarius: ut augustus. Octauus tribrachus ex tribus breuibus ut catulus. Hic etiam Chorius dicitur: q̃ eo frequenter in choris ueteres utebantur: quemadmodum quoq̃ molossus appellatus est: q̃ eo metri genere odas ĩ templo Iouis molossi laudem canere cõsueuerũt.

Quadrisyllaborũ primus qui spondæus dicitur quattuor productas syllabas habet ut fortunati. Secundus pro celeumaticus quat-

tuor breues ut philosophus. Terrius pæon primus ex prima lōga & tribus sequentibus breuibus constat: ut tartarea. Quartus pæon secūdus ex prima & duabus ultimis breuibus secunda longa diremimus. Quintus pæon tertius ex penultima longa & cæteris correptis ut dirimamus. Sextus pæon quartus ex tribus correptis & ultima producta: ut dirimerent. Septimus ionicus a maiori ex duabus longis & duabus breuibus ut demetrius. Octauus ionicus a minori huic contrarius ut diomedes. Nonus coriābus extremis longis & mediis breuibus ut æthereo. Decimus antipastus huic cōtrarius ut alexander. Vndecimus diiābus ex prima & tertia breui reliquis productis. i. ex duobus iābis connexis ut platonici. Duodecimus ditrochæus huic cōtrarius hoc est ex duobus trochæis compositus ut dulcioris. Tertiusdecimus epitritus primus ex prima breui: & sequentibus longis: ut aristoteles. quartusdecimus epitritus secundus ex prima longa secūda breui: sequētibus item longis: ut eurimedes. Quintusdecimus epitritus tertius ex penultima breui reliquis ꝑductis: ut demosthenes. Sexrusdecimus epitritus quartus ex ultima correpta præcedentibus ꝑductis: ut Constantinus.

Metrum est connexio quædam atq; ordinatio pedum ad delectationem aurium inuenta. Metro accidunt septem: genus: species: compositio: cæsura: magnitudo: figura: & depositio. Genus metri appellamus mutuam contrariorum iuncturam: & ueluti quandam inter se affinitatem: ut si dactylum anapestico coniungatur: cuius iuncturæ tres species sunt. Prima diadicū trisemum a græcis dicitur ut trochaicum & iambicum. Secunda diadicum tetrasemum ut dactylum & anapæsticum & choriambicum. Species metri dicitur qualitas metrica per quam species ipsa construitur: ut rrochaicum anapesticum. Sunt autem metrorum species decem: trochaicum: iambicum: dactylicum: anapæsticū: choriambicū: ionicum a maiori: ionicum a minori: pæonicum: antipasticum: & anacreontium. Compositio est ipsa dispositio pedum per quā discernimus simplex ne an compositum id metrum sit. Simplex namq; est cum uersus pedes omnes similes habet: ut Stat sua cuiq; dies breue & irreparabile tempus. Compositum uero cum ex diuersis constat: ut. Cornua uelatarum ob-

uertimus antẽnarum. Cæsura est decora terminatio uocum in medio uersuũ notata: hæc quadrifariã diuiditur: alia pentimemeris dr̃ siue semiquinaria: alia heptimemeris: siue semiseptẽaria: tertia trochaica: q̃rta bucolica. Pentimemeris est qñ post duos primos pedes separans syllaba inuenitur: quæ dictionẽ terminet: ut Arma uirumq; cano. Itẽ: Italiã fato. habet enĩ ex quinq; dimidiũ. Heptimemeris est cũ post trespedes similiter syllaba ĩuenit̃: ut Arma uirũq; cano troiæ. Itẽ: Italiã fato ꝓfugus. continet enim septenarii medietatẽ. Trochaica est cum post duos pedes trochæus partem orõnis perficit: ut Nil nostri miserere. Postrema uero idest bucolica cum post q̃ttuor pedes syllaba supat in partẽ orõnis desinens: ut Non oẽs arbusta iuuant humilesq; myricæ. Sũt qui aliã quoq; trachaicam addunt. Ea est cum post quattuor pedes inuenitur trochæus partem orõnis terminans: ut Omnia uincit amor & nos cædamus. Magnitudo est productio syllabarum quæ natura correptæ sunt: ut Terrasq; traductusq; maris: & dum sanguis inerat: Figura est ordo & conuenientia inter se inuicem non solum pedum uerum etiam dictionum metrorumq;. Depositionem appellamus uniuscuiusq; metri desinentiam Sunt autem depositiones quattuor. Dicimus enim omne metrum aut brachicatalecticũ: aut catalecticum: aut acatalecticum: aut hypercatalecticum esse. Brachicatalecticum est cui ut perfectum sit: deest integer pes: ut in illo aristophanico φεῦ φεῦ. necesse est enĩ alienigenis utamur exemplis ubi non succurrunt nostra. hoc quippe monometrum brachicatalecticum est: quod pedem unum habet: altero deficit: Catalecticum dicitur cui una tantummodo deest syllaba: ut apud Horatium: Mea renidet in domo lacunar. Est enim senarium iambicum una syllaba minus. Acatalecticum dicitur quod legitimo fine clauditur: ut Nec fonte labra prolui caballino. Est enim senarium iambicum perfectum. Hypercatalecticum cui una syllaba superat uel duæ. ut Omne genus in terris simili surgit ab æuo. Item Virgilius: Alloquitur Venus o qui res hominum que deorumque. & Horatius: Syluæ laborantes geluque. Illa enim dactylica hypercatalectica sunt: hoc uerum iambicum hypercatalecticum: siquidem omnia una syllaba abundant. Notandum ꝙ omnia metra præter dactylicum duplicibus pedibus computatur: ascenduntque usque ad hexametrum. Monometrũ dicimus q̄d duobus pedibus cõstat: dimetrũ q̄d q̃ttuor timetrum q̄d sex: tetrame

trũ q͛d octo: pentametrũ q͛d decẽ: hexametrũ q͛d duodecim: quẽ numerum pedum nunquam quod equidem compererim metrum aliquod excedit, Ideo autem dactylicum excepimus: quia binis pedibus scandi non potest omnes enim trisyllabos habet. Accidit alia quoque passio que symphonesis dicitur: & est cum duæ syllabæ scãdendo in unam coeunt: hoc autem fit cum in diuersis dictionibus una parte orationis uocali uel m littera terminata sequẽs item a uocali incipit: ut Atque iterum ad troiam magnus mittetur Achilles sic enim scanditur: Atquite radtro: e: & m litteris omnino suppressis. Fit etiam symphonesis in eadem dictione quattuor modis: uel cum duæ syllabæ longe pro una longa ponuntur: ut unius obnoxã & furias aiacis oilei: uel cum duas breues pro una breui: ut Cornua uelatarum obuertimus antennarum. uel cum longa & breuis pro una longa: ut Fixerat aeripedem ceruam: uel cum breuis & longa pro una longa: ut dependent lychni laquearibus aureis. Item: Cum refluit campis & iam se condidit alueo.

T qui syllabæ aut longæ sunt: aut breues: aut communes. longæ aut natura sunt aut positione: Natura ut Aeneas: Positione ut Nestor. Breues quoque aut natura. breues ut pius aut consuetudine: ut cum uocalis uocalẽ sequitur: ut uale uale ĩquit Iola. Mediæ uero siue commũes syllabæ uel natura aptæ sunt modo produci: modo corripi: uel cum naturaliter longæ sint propter sequentem uocalem corripiuntur: ut in exemplo cuius paulo ante meminimus uale uale inquit Iola: & insulæ ionio ĩ magno uel econtrario cum natura correpte sint producuntur. hoc antem pluribus modis fit: uel propter sequentem in principio dictionis aspirationem: cum præcedens quoq͛ in consonantem terminauerit: ut Terga fatigamus hasta uel cum additur alia consonans: ut Religione patrum multos seruata per annos: uel cum in eadem dictione sequitur muta cum liquida: ut Magnus ab integro seculorum nascitur ordo: uel cum s littera alteri consonanti iuncta sequitur: ut hortatur mnestheus.

Igna q̃titatum indicantia huiusmodi sunt productæ hoc correptæ hoc ᴗ communis si breuis pro longa sumatur hoc L si longa pro breui

Etri origo a deo immortali e: qui compagem hanc cæli & hunc terrarum orbem omniaq͛ in his contenta certa rati-

one & quasi metro disposuit. Armoniam enim in cælestibus terrenisq; rebus nemo esse dubitat. Nam quo pacto consisteret uniuersum nisi certa ratione & præfinitis numeris ageretur. Instrumenta quoque omnia quibus utimur mensura quadam hoc est metro siũt. q si in certis rebus hoc accidit: quanto magis in oratione quæ cunctas complectitur. & enim pedestris quoque oratio armoniam habet: quod facile perspici potest cum orationum alia solutior sit: alia numerosior. uerumtamen magis hæc poetarum propria est. quibus & in figuris & in uarietate uerborum & in fabulis & in cæteris rebus & quibus armonia fieri solet: & maior copia est: & licẽtia uberior. Iccirco non: immerito maiores nostri carmine potius q̃ pedestri oratione delectati sunt: q in carmine armonia sit. armonia autem musicæ pars est: cuius quæ dignitas sit: qui splendor. quæ pulchritudo nemo dubitat. Quapropter metrum optimum esse fateri licet: uel ideo q sub musice sit: cuius gloriam ut Homerus inquit οἰον ἈΚουομεν ούοέτι ἴ Dρτεν

Metra diuersis rationibus appellationes sortita sunt. alia enim ab accidentibus suis dicuntur: alia a locis in quibus cani consueuere: alia ab inuentoribus. alia a diis cum laudes eo carmine celebrabantur: quemadmodum pedes quoq; dicti fuere. Pyrrhichius enim a Pyrrho dictus est. qui primus uictoria potitus eo genere metri: qd frequentibus pyrrhichiis laudatus est. Trochæus uel ἀπο τού τρεχειν uel per metaphoram decurrẽtium superne lapidum: qui currere ambulantes cogunt. uel q currentes saltantesque circa aras in sacrificiis deorum hoc genere prætentionis utebantur. Spondeus ἀπὸ τοῦ σπενδειν ὅ σπενδοντεσ idem litantes: q a diis boni aliquid precantes frequentibus carmen suum spondæis ornabant. Iambus uel ἀπὸ τοῦ ἰά ειν: idest a contumeliando: & maledici hoc genere carminis utebantur: & maxime ueteris comœdiæ scriptores: quibus impune mordere quemlibet licebat: uel a Iamba puella: quæ turpiter hoc carmine lacerata: atque omni genere con uitii affecta laqueo se strangulauit: uel q cererem olim cum dolore raptæ Proserpiæ cruciaretur apud mulierem atticam cui Niobe nomen erat hospitatam cum ancilla eius Iamba nomine laudare uellet huiusmodi metro orsa est. Dactylus a translatione iuncturarum

quæ :id est indigito sunt: etenim quemadmodum in digito longiorem primum articulum: sequentes uero breuiores cernimus: ita dactylus prima quidem syllaba producta constat: sequentibus uero correptis. Anapæstus ἀπὸ τοῦ ἀναπαίειν τῷ δακτύλῳ hoc est ꝙ dactylo contrarius sit. Amphinacrus: ꝙ A hoc est utrinque duas syllabas μακρὰς idem longas habeat. Amphibrachus ꝙ duas βραχείας idest breues. Bacchius quoniam dithyiambicorum carmen quod in honorem Dionysii: qui Bacchus dicitur: fieri solebat magna ex parte huiusmodi pedibus constabat. Palimbacchius ἀπὸ τοῦ πάλιν ꝙ illi sit contrarius Chorius quod in choris hoc metrum frequentissime cantabatur. Molossus quia præcipue hoc pede constabant odæ: quæ in templo Iouis canebantur in memoriam Molossi filii Tiri & Andromaches: a quo postea festa molossia sunt dicta. Iam uero ut ad quadrisyllabos ueniamus. Dispondæus ideo dictus est quod duplici constet spondæo: sicut diiambus quod duplici iambo: & ditrochæus quod duplici trochæo. Proceleumaticus ἀπὸ τοῦ προκελεύειν idest hortari & suadere: ad quod hic pes ob celeritatem: constat enim quattuor syllabis breuibus: aptissimus uidetur esse. Pæon ab inuentoris nomine. uel quod hoc metro Apollinis canebãt laudes: quas pæana uocamus. Ionicus quod ab ionibus inuentum: uel qđ apud illos in usu frequenti fuit. Choriambus quod iambicam desinentiam habeat: & in choris apud ueteres celebratissimus extiterit. antipastus quod constet ex iambo & trochæo quæ sunt idest contraria. Epitritus dicitur quoniam hic pes ex spondæo cõstat: quia quattuor habet & iambo uel trochæo qui habet duntaxat tria: at qua ternarius numerus ad ternarium relatus sesquitertiam proportionem facit: quæ græce ἐπίτριτος dicitur. neq; me latet hæc a plerisq; latinorum aliter tradi: quorũ refutare errores superuacuum mihi uisum est: cum eorum illitteratissime litteras uel ob id maxime ignorantiam: præ se ferãt: ꝙ græcis nominibus latinas ethimologias: quo nihil potest eẽ ieptius reddere conantur. Nunc de iambico disseramus.

Iambicum metrum est trimetrum: huius duo genera sunt: alte

rum apud uetustissimos comicos tragiscosq; in usu fuit: quod testatur Horatius: Hunc socci sumpsere pedem grādesq; cothurni: primusq; hoc carmine scribere cœpit Archilochus: de quo idem Horatius: Archilochum proprio rabies armauit iambo. Altero uero iuniores duntaxat usi sunt. Vetus iambicum comicum ac tragicū dicitur: hoc aūt proprie purum trimetrū appellatur: suscipitq; tres pedes inuicem mutatos iambū pyrrhichiū & spondæum: nec nisi raro apud ueteres in usu fuit: at qui uetus iambicū in disparibus sedibus: hoc ē prima tertia & quinta qnq; pedes suscipit dactylū spōdæum choriū anapæstum: & a quo denominatur iambum: In secunda uero & quarta an pæstū choriū & iambum. sexta sedes & si uarie usurpetur: ꝓprie tamen iambū uel pyrrhichiū requirit. Nouū autem iambicū in primo tertio & quinto pede iambū aut spondæū capit: in secūdo & quarto semper: in sexto iambū siue pyrrhichiū. Veteris iambici genera quinq; sunt. comicum: tragicū: satyricū: hipponactium: & ananicū. Tragicū est cū unum pedem trisyllabū suscipit. Comicū cū tris plurisue trisyllabos. Satyricū eum duos: Hipponactiū cū in ultimo pede spondæum siue trochæum habet: Ananicū cum post quartū pedem quinq; syllabæ productæ metrum perficiunt.

Illud diligenter hoc loco animaduertendū est metrū: ex quo p̄cipue constat: uocari: neq; tamē eo solo perfici: sed alios quoq; pedes suscipere. Optimū tamen esse metrū: quod uno dūtaxat pedū genere: a quo denominatur: constat: ut si iambicū sex iambis constet: sicuti est apud Horatiū: Beatus ille qui procul negociis paterna iura bobus arat ꝓpriis.

Aliæ quoq; metrorū species a iambicis fluūt: quas summatim referri p̄cium operæ putauimus. Nam quæ hactenus dicta sunt dūtaxat ad senariū iambicum pertinent. Igitur iambicorum omniū tresdecim sunt species.

Prima ē Aristophaniū ab Aristophane comico appellatū: hoc monometro hypercatalectico cōstat: idest duobus pedibus & syllaba: ut Horatius Vides ut alta.

Secunda Euripidium cōstans dymetro brachycatalectico: hoc ē tribus pedibus: ut deæ decus meū.

Tertia anacreontium constans dymetro catalectico: hoc est tribus pedibus & syllaba: ut præceps amore sæuo.

Quarta archilolchũ cõstãs dimetro acatalectico hoc est quattuor integris pedibus: ut paremq; poscit Priamus.

Quinta alcaicum cõstãs dimetro hypcatalectico hoc est quattuor pedibus & syllaba: ut Syluæ laborantes geluq;.

Sexta alcmaniũ constans trimetro brachicatalectico. ut coacta uerba mitius feras.

Septima hipponactiũ cõstans trimetro catalectico ut mea renidet in domo lacunar.

Octaua archilochium constans trimetro acatalectico ut Ibis liburnis inter alta nauium.

Nona hipponactiũ constans trimetro hypercatalectico ut Contacta regna linque lacunas mœrorem.

Decima aristophaniũ constans tetrametro brachicatalectico: ut marcent lucernæ sol propinquat non tamen uocas.

Vndecima anacreontiũ constans tetrametro catalectico: ut portum petens: auram laxa: uela solue malo.

Duodecima aristophaniũ cõstãs tetrametro acatalectico: ut ludos amat puella nobilis pudicos & leues.

Tertiadecima anacreontiũ constans tetrametro hipercatale. ut consortiũ uites eorũ qui petũt fœdũ lupanar.

Vides Iacobe q̃ breuiter spẽs oẽs metri iambici percurrimus: ita tamen nisi me fallit opinio ut rẽ & ad intelligendũ apertã & ad cõmendandũ memoriæ facilẽ reddiderim: facit hoc meus ĩ te amor & summa cupiditas satisfaciendi desiderio tuo ut nõ solum ego facile scribam: uerũ etiã cæteris qui hunc librũ legent apertissimã reddam. Sed iam ad heroicum transeamus.

Eroicum hexametrũ est: sex enim pedibus constat. Dicit̃ autem heroicum qm̃ poetarũ princeps Homerus cæteriq; deinceps consecuti heroum res gestas hoc carmine scripserunt. Enimuero ante Homeri ætatem pythiũ dicebatur: q͛ Apollinis pythii oracula hoc metro reddi cõsueuerunt. Dicitur etiã dactylicũ: q͛ hoc pede præcipue cõstet: sicut iambico iambicũ: anapæsticum anapæstico. Suscipit aũt dactylum spondeũ & trochæũ apud græcos etiã amphimacrũ & palimbacchiũ: sed raro: sicut apud nos quoq; pceleumaticũ: ut Tityre pascentes a flumine reice capellas: nõnunq̃ etiã anapestum: ut fluuiorũ rex eridanus. Cũ igitur hi sint pedes ex q̃bus heroicũ cõponitur: optimũ ẽ quod omnibus dactylis constat ultimo pede excepto: q uel spondæus uel trochæus est:

ut Ennius : At tuba terribili sonitu taratātara dixit: Et Virgilius: Stat sua cuiq; dies breue & irreparabile tempus. Cæteros aūt pedes accipit hoc modo: In ultima sede semper ut dictum est uel spondæum uel trochæū: In quinta semp dactylū licet rarissime uel spondæū uel pceleumaticū reperire ibidē contingat: q tamē pro dactylo ponūt. In cæteris sedibus īdifferēter mō spōdæū. nā pceleumaticus anapæstus iambus raro. & figurate dactylico īmiscētur. Trochæus uero præterq̄ ī fine nō admittit ne uersus claudicet: Quin etiā nō desunt q̄ hūc pedē prorsus ab heroico arceant: & ne in fine quidē ipsius repiri uelint spōdæū semp ī nouissima sede eē dicētes: qn̄qdē ī oī genere metri ultīa syllaba cōis sit. Sūt ēt q dactylū asserūt ī fine aliqn̄ reperiri ut ī illo uirgiliano uersu: At tuba terribilē sonitū pcul excitat horrida. Vero nō aiaduertūt id fere nunquā fieri nisi is uersus in uocalē aut ī s litterā terminet: sequēsq; itē a uocali īcipiat: Tūc enī extrema pcedētis syllaba psynaloephen: siue ut nos superius appellauimus symphonesim primæ syllabæ seqntis uersus annectit.

Vic cōiūctū elegiacū ē: atq; adeo annexū ut nūq̄ fere q me moria teneā sine eo positū cōpererī Elegiacū ἀπο του ἐλέ σσ dictū: q luctum siue lamētationē significat. Tractū est id uocabulū a uoce e qua in fletu atq; eiulationibus utimur. unde eiulationem quoq; dictam arbitror Ideo autem hoc nomē elegiaco inditū: q in funeribus sepulchrisq; defunctorū cani solebat: unde tractum est ut epitaphia quoq; elegis uersibus scribantur. Recipit aūt hoc metrū in primo & secundo pede dactilū siue spondæū indifferenter: post quos syllabam unam productam hēt: post hāc duos dactylos: postremo itē syllabam unā : quæ breuis an producta sit minime interest.

Heroicorū diuersa genera sunt: Alia enim æqui temporea dicūtur cū & pedes omnes iidē sint: & eadem q̄ntitas syllabarum: ut si oēs spondæi sint: sicut est illud homericum τῶ δ᾽ ἐν ἑσσῆνη σουσ οἰτοιν ἀλλη λοίσιυ hic enim omnes pedes usq; ad ultimum iisdem constant quantitatibus syllabarum : Alia perfecta cum sententia uno metro concluditur: ut Dixit & ardentes audio bibit ore fauillas: Alia acephala cum uersus a breui incipit: ut Italiam dixisse ducis de nomine gentem: q̄q̄ tantum potuit ueterum auctoritas: ut omnes fere primam italiæ producant. uitia mq; sit futurum

ſi quis aliter utatur. Alia laxa cum debitam rationem compoſitionis in medio non ſeruant: ut omnia uincit amor: & nos cædamus amori: Alia trūcata ſiue minuta cū eandē rationē in ſine non custodiunt: ut ſi penultimam ſyllabam correptā habeant: quale eſt illud Τρωες δ' ἐρρίγησαν ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν
Item Mortem contemnunt laudato uulnere getæ: Alia aſpera cū frequentium uocalium coniunctio ꝑlationem eorū exaſperat: ut Tribulaq; trahæq; & iniquo pondere raſtri: Alia mollia: quæ molliter auribus incidūt: ut Cæſariem nato genitrix lumenq; iuuentæ Purpureum: & lætos oculis afflarat honores: Alia cacophona cū multæ uocales dehoneſtatæ eorum ſonum uidentur: ut Stant & iuniperi & caſtaneæ hirſutæ: Alia ſoluta ut cum proſæ quæ metro ſimili ora uidentur: ut Dono ducite: docq; uolentibus cū magnis diis Alia procephala: quæ in primo pede ultra quattuor habent tempora: ut Cornua uelatarum ſubuertimus antēnarū: Alia grauida quæ uel in medio: uel in fine ſyllabam ſuperantem habent. π Α τροχ λοῦ προβέων δορότητα ῥέχαι ἔνοσνο & hic finis fandi ſolio tum iuppiter aureo: Illic enim Δρο hic o ſyllaba ſuperat ac ueluti uentrem facit prægnantis metri. Præter hæc alia quoq; notantur metrorum genera.

Catenopium quod binos dactylos habet & ſpondeum: ut An ſugā ſoboles ſi quis mihi paruulus aula.

Periodicum quod uiciſſim dactylum habet & ſpondeum: ut Troia per undoſum peteretur claſſibus æquor: & illud: Ferte citi flammas: date tela: impellite remos.

Bucolicū cui poſt tres pedes ſyllaba ſuperat in partem orationis deſinēs: ut Tityre tu patule recubans ſub tegmine fagi.

Sapphicum quod in prima atq; ultima ſede ſpondæum habet in reliquis dactylum: ut Pars in fruſtra ſecant: ueribuſq; trementia figunt.

Hyporrhythimium in quo ſinguli pedes partē orationis terminant: ut hæc tria ſunt quæ tu mea nūc mihi munera mittis.

Abſolutū quod omnes partes orōnis habet: ut Heu ſi tunc flentem rapuiſſet in ætheramauros.

Politicū quod omnis paſſionis ac figuræ expers eſt: ut O crudelis alexi nihil mea carmina curas.

Aſcendens quod cum ab una ſyllaba incipiat in ſingulis di-

ctiõibus unã auget syllaba: ut O nymphæ faciles dulcissima deiopea. & Rẽ tibi cõfeci doctissime far danapalle. Sunt alia quoq; metro℞ genera a diuersis notata auctoribus: quæ nos in præsentia qa sup uacua: uidebant omisimus: ea tm̃ mõ collegisse cõtẽti: quæ uel necessaria cognitu, uel digna annotatu iudicauimus: nunc ad dactylici species tr nseamus.

Dactylicorum igitur. xix. species numerantur.

Prima Adonium constans dimetro catale. ut brachia curuant.

Secũda hymenaicũ q̃ cõstat dietro acatalectico: ut uiscere cõdita.

Tertia archilochium constans dimetro hypercatalectico: ut arboribusq; comæ.

Quarta alcmanium constans trimetro catalectico: ut tundite pectora palmis.

Quinta simonidium constans trimetro acatalectico: ut indue pallia serica.

Sexta alcmanium constans trimetro hypercatalectico. ut turgida brachia cur detegis.

Septima archilochium constans tetrametro catalectico: ut candida mundo sidera currunt.

Octaua alcmanium constans tetrametro acatalectico: ut luminibusq; prior rediit uigor.

Nona alcmanium cõstans tetrametro hypercatalectico: ut uita quieta bonum parit ingenium.

Decima stesicorium constans pẽtametro catalectico: ut si tua respicias mala carmina flebis.

Vndecima simonidium constans pentametro acatalectico: ut Parthenopeus erat puer arcadiæ decus:

Duodecima tyribliũ constans pentametro hypercatalectico: ut pulchra puella comas ambit sibi palmitibus.

Tertiadecima heroicum constans hexametro cata. ut Ducite ab urbe domum mea carmina ducite daphnim.

Quartadecima bucolicum cõstans hexametro cata. ita ut quartus pes dactylus sit & terminet partem orationis: ut est Nos patriæ fines & dulcia linquimus arua.

Quintadecima ibicium constans hexametro acatalectico: ut sidera diffugiunt titubantia solis acumine

Sextadecima alcmanium constans hexametro hypercatalectico: ut Alma Venus paphum ingreditur rose luceant ex adytis.

Decimaseptima stesichorium constans heptametro cala.ut
Aeacides iuuenis trahit hectora plangite pergama troes
Deciaoctaua ibicium constans heptametro acata.ut Carmina docta thalia canit properantius huc ades o puer
Decimanona ibiciũ constans heptametro hypercatalectico:ut Versiculos dabo dactylicos tibi si modo das bona uina mihi.
Etra anapestica in oĩbus sedibus recipiunt anapestum & spõdeũ: raro proceleum aticumque: apud comicos etiã iãbũ & dactilũ: suntq3 anapesticorũ desinentiæ sex. hypcatalecticũ in dyssyllabũ: hypercatalecticum in syllabã: acatalecticũ: catalecticũ in syllabã: catalecticũ in dissyllabum: brachicatalecticum.
Pecies anapesticorum quas frequenter in usu comperimus sunt duodecim. Penicum dicitur prima constans monometro acatalectico: ut Calidum iubar est.
Secunda pyndaricum constans monometro hypercatalectico: ut animis male fortis.
Tertia aristophanium constans dimetro brachicatalectico: ut uenit optima caliope.
Quarta partheniacũ constans dimetro catalectico: ut fuge mœnia iam thelemoniadæ.
Quinta alcmaniũ cõstans dimetro hypercatalectico: ut tremulum mare molliflua uiret aura.
Sexta archilochiũ cõstans dimetro acata.& palim bacchio ut dea somnifero uaga curriculo prelucet.
Septima pyndaricum constans trimetro. ut medium mare rapido rybris ad fluuio.
Octaua alcmaniũ cõstans trimetro catale.ut date pierides mihi carmina doctiloquorum.
Nona stesichoriũ constans trimetro acata.ut Iacet i thalamo tibi uirgo decens Veneris specie.
Decima simonidium constans trimetro hypercata.ut tuba terribili procul ære sonat clypeum cape miles.
Vndecima alcmanium constans tetrametro brachicatalectico: ut sua munera fert uenus alma manu iuueni nitido cinyrae,
Duodecima aristophanium constans tetrametro acatale: ur. Date uina mihi date serta iuuat: date tempora nunc dominæ Veneri.
Notandum in hoc metro ultimam syllabam cum sola superest

in duas solui breues: nunc ad proceleumaticum ueniamus.

Roceleumaticũ metrum non immerito anapesticum sequitur cũ & tpibus par sit: & si extremã anapesti resolueris syllabã ꝓcelcumaticũ facies. Cõstat autẽ proceleumaticũ metꝝ ex solis proceleumaticis quale est illud: facile moritur. Est enim di metrum catalecticum pyndaricum.

Metra trochaica imparibus quidem sedibus hos recipiunt pedes trochæum: tribrachum: dactylum: Sedibus uero paribus eosdem & spondæum atqꝫ anapæstũ. Sed illud aĩaduertendũ ꝙ qñ catalecti cũ ẽ hoc metrũ trochæũ potius in fine recipit: interdũ etiam tribrachũ: Si uero brachycatalecticũ sit: nullo modo diadicũ tetrasemũ in fine patitur: ut exemplis facile colligetur. Trochaicorũ .xiii. species in præsentia subiiciendas putauimus.

Prima pancratiũ dicitur constans monometro hipercatalectico: ut auctor optimus.

Secunda ithiphalicum constans dimetro brachycatalectico: ut bacche iunge tygres.

Tertia euripideum constans dimetro catalectico: ut uultur altius uolat.

Quarta alcmanium constans dimetro acatalectico: ut quos uides sydere cælso.

Quinta bacchilidium cõstans dimetro hypercatalectico: ut rex paterqꝫ iuppiter deum.

Sexta sapphicum constans trimetro brachicatalectico: ut o creator audias precantem.

Septima archilochium constans trimetro catalectico: ut nox nemoroso & quietis conscia.

Octaua sotadicum constans trimetro acatalectico: ut Ite poma ferte uina ferat alter.

Nona sapphicum constans trimetro hypercatalectico ut splendet auꝝ: gẽma fulget: forma sed placet.

Decima sothadicum constans tetrametro brachicata: ut Ni se q̃d iuuat pari nece ulcisci amicum.

Vndecima archilochium constans tetrametro catale. ut Tollet hircos aerem pulsans iam tempus aduenit.

Duodecima hipponactium con. tetrametro acatale. ut Parce iã camoena uati: parce iam sacro furori. xiii. anacreontium constãs

tetrametro hyperca. ut pelle tonsis terga ponti uela tende: iamq́ pergamus.

Choriambicorum alia pura sunt: quæ solis constant choriambis: alia mixta quæ in fine amphibrachum aut bacchium recipiunt: horum species numerantur quattuor.

Prima aristophanium cō. monometro & amphibracho siue bacchio: ut purpureus tyrannus.

Secunda anacreontium con. dimetro & amphibracho siue bacchio: ut Virgilius: Mantua quem creauit.

Tertia sapphicū constans trimetro & amphibracho siue bacchio: ut dulcisonæ pierides uersifico fauete.

Quarta callimachium constans tetrametro & amphibracho siue bacchio: ut Armipotēs mars genitor da ueniam precamur.

Libet hoc loco admonere te Iacobe cæterosq́ si q tamen erunt: q hoc nostrum opusculum legent Seruii grammatici artem corruptam fuisse: nullumq́ me hactenus librum cum plus q̄ ducentos legerim sine menda reperire potuisse siquidem semper pro amphibracho & bacchio antibacchius legitur: cum tamen exempla de amphibracho bacchioq́ subiiciantur: quo factum est: ut Beda posterioresque qui demetris scripsere: hoc in loco ineptissime errauerint. Etenim cum Seruii exempla haud respondere præceptis eius animaduerterent: nequaquam intelligentes præcepta apud hunc auctorem non exempla corrupta esse: ipsa quoq́ exempla dum emendare se putant corrupere. Sed utinam duntaxat hoc loco fallerentur: nec eorum scripta uariis ubiq́ erroribus starent: nunc ad antipasticum ueniamus.

Ntipastica metra constant præcipue antipasto: aliquando tamen in prima particula: in qua iambus est: spondæum recipiunt: horum species referuntur quattuor.

Prima appellatur pænicum constans trimetro brachicatalectico: ut Fauni semideum numen adest.

Secunda anacreontium constans trimetro acatalectico: ut Curas mitificant fila lyræ dulcis.

Tertia alcaicum constans tetrametro brachicatalectico: ut o fortuna utris inuida fortibus ueni.

Quarta alcmanium constans tetrametro acatalectico: ut Infandum tetigit sidera carmen magici uatis.

Onicorũ a minori alia simplicia sũt: alia trochaicis mixta. recipiunt etiã paribus sedibus molossum duabus breuibus quæ in ionico sunt in unã longam coeuntibus. Est etiã qñ pæonẽ primũ in iisdem sedibus capiant: horũ de pluribus sex species referemus.

Prima dicitur timocratium cõstans dimetro catalectico: ut rosa ueris specimen.

Secũda anacreontiũ constans dimetro acatalectico: ut sapientes deus audit.

Tertia anacreontiũ cõstans trimetro catalectico: ut Fuge uirgo: fuge munus ueneris.

Quarta sapphicũ constans trimetro acatalectico: ut Miserarũ ẽ nec amori dare ludos.

Quinta phalecium constans tetrametro catalectico ut tibi ueris fero donũ sola quod dat ueneri.

Sexta alemaniũ cõstans tetrametro acatalectico: ut Timor oĩs docet artes timor auget bona mentis.

Tem ionicorũ a maiori alia simplicia sunt: alia diiambis & ditrochæis mixta horũ spẽs tris in præsentia memorandas putauimus.

Prima dicitur hipponactiũ constans dimetro brachicatalectico: ut palmã cape uictor.

Secunda lechitium constans trimetro brachycatalectico: ut bellum pete pacem fuge fortis.

Tertia sothadicũ constans tetrametro brachycatalectico: ut sal pinx cane tempus fugit intende dolorem.

Aeonicorũ tria genera sunt cretense: bacchiũ: & palimbacchium illud luctibus: hæc cãtibus magis cõueniunt. constant præcipue ex pæonibus: tñ epitritos quoq nonnunq̃ recipiũt: horum tris in præsentia notauimus species.

Prima asclepiadicum dicitur cõstans dimetro catalectico: ut fulmineus impetus.

Secunda pyndaricum cõstans dimetro acatalectico: ut cornuaq numerabis.

Tertia anacreontiũ constans trimetro catalectico: ut metet enĩ segetem omnis impius.

Nacreontia metra dimetra sunt: cõstantq anapæsto duobus iambis & syllaba. Sunt tamẽ qui iisdẽ trimetris utũt:

ponũtq̃ in prima sede trochæum : in secunda iambũ : i tertia & q̃n ta pyrrhichium : in quarta spondæũ : in sexta quemlibet indifferen ter : horum tres species subieci.

Prima est dimetrum anacreontium superantẽ syllabam in prin cipio retinens : ut exigui ruũt tori.

Secunda dimetrũ anacreontium catalecticũ : ut memorem do- cet loqui.

Tertia dimetrũ anacreontiũ supantem syllabam fine habens : ut misera est humana uita.

Liæ quoq̃ infinitæ metrorũ species sunt : quæ supradictis generi bus non subiiciuntur ex quibus dũtaxat tres &.xx.quæ magis i usu erant subiecimus.

Prima dicitur ithyphallicum : quod tetrametrum est cõstãs tri- bus dactylis & pyrrichio : ut qui serere ingenium uolet agrum.

Secũda pherecratiũ qđ est trimetrũ cõstans spõdæo dactylo & spõdæo : ut reges purpura mõstrat.

Tertia gliconiũ quod ẽ trimetrũ cõstãs spondæo choriãbico & pyrrhichio : ut odi partheniũ nemus.

Quarta asclepiadeũ constans spõdæo duobus coriãbis & pyrrhi chio : ut o & p̃sidiũ & dulce decus meũ.

Quinta alcaicũ con.spondæo & tribus coriãbis & pyrrhichio : ut tu ne quesieris scire nefas quem mihi quẽ tibi.

Sexta elegiacum constans p̃etimemere duplici prima heroica : secũda dactylica : ut Mœret diffusis flens elegia comis.

Septima eulogicum cõstans primo pede dissyllabo quilibet sint & quattuor dactylis : ut Sappho composuit male casta poemata.

Octaua sapphicũ cõstans trochæo spõdæo dactylo : & duobus trocheis : ut integer uitæ scelerisq̃ purus.

Nona priapũ cõstãs gliconio & phereciaco : hoc ẽ spõdæo choriã bo pirrhichio spõdæo dactylo et spõdæo : ut hellespõtiacũ tuos nu mẽ protegat hortos.

Decima phabæciũ constans spõdæo dactylo & tribus trochæis : ut Quisqs cõposito ser enus æuo.

Vndecima saturniũ ↄstãs dimetro iãbico catalectico anacreontio & dimetro iãbico brachycatalectico & ithyphallico : ut Isis perrat or- bẽ cornibus profusis.

Duodecima archilochium constans anapestico dimetro catale- ctico pthemaco : & dimetro trochaico brachycatalectico ithyphal

lico: ut remeat uir ab arce tyranni uultibus cruentis.

Tertia decima encomilogium cõſtans pentimemeri dactylica archilochia: & pentimemeri iambica ariſtophãia: ut Carmina bella magis uelim ſonare.

Quartadecima iambilogium conſtans pẽtimemeri iãbica ariſtophania: & pentimemeri dactylica archilochia: ut Fõtes ligabũt gramina lætificos.

Quintadecima alcaicum conſtãs pentimemeri dactylica & duobus trochæis: ut Luna rubens zephyros cõminatur.

Sextadecima alcaicũ cõſtans pẽtimemeri iambica & iambis. ut Vides ut alta ſtet niue candidum.

Decimaſeptima archilochium cõſtans tetrametro bucolico & tribus trochæis: ut q̃ uariis terras animalia permeant figuris.

Decimaoctaua ſoliiambicũ conſtans dimetro iambico catalectico archilochio & anapæſto uel ſpõdæo & duobus iambis: ut fudẽs refundit unda tremulos ſinus fræti

Decimanona archilochiũ cõſtans pentimemeri dactylica & dimetro iambico acatalectico archilochio: ut ſcribere uerſiculos amore percuſſum graui. c

Vigeſima archilochiũ cõſtans dimetro iãbico acatale. archilochio & pentimemeri heroica archilochia ut niueſq; deducũt iouem nunc mare nunc ſyluæ

Vigeſimaprima æquiocum extremæ ſyllabæ metri ſunt alioqn heroicum id metrum eſt: ut Exercet mentes fraternas grata malis lis.

Vigeſimaſecunda reciprocũ heroicũ in ſothadicũ id ſit quotiẽs heroicũ cõuerſas ſcãſiõe in ſothadicũ mutatur: quod ut ſupra diximus eſt trimetrũ acatalecticũ trochaicum: ut ire cupis ſi rus mala uites ſomnia q̃ſo. hoc eni ſi a fine ſcandere incipias trimetrũ trochaicum facies hoc modo:

Quæſo ſomnia uites ſi rus cupis ire.

Vigeſimatertia reciprocũ iãbicũ in elegiacum quotiens iambicum mutato ordine ſcanſionis elegiacum facit: ut micant nitore tecta ſublimi aurea. Muta ordinem ſcandendo Aurea ſublimi tecta nitore micant.

Oĩtq̃ metrorũ ſpecies executus ſum: ſupeſt ut te admoneã carmẽ quod ex huiuſmodi metris perficitur triſariam diuidi: aut enim monocolon eſt ideſt unimẽbre: aut dicolon

idest bimẽbre: aut tricolon idest trimẽbre. Monocolō dicitur quod uno genere metri cōstat: ut tota æneis Virgilii. Dicolō qđ duplici metri genere: ut Nasonis epistolæ amatoriæ: quæ heroicis atq; ele giacis uersibus cōstãt. Tricolon quod triplex habet metri genus: ut cōplures odæ Horatii. Fit etiam alia diuisio carminis eius dũta xat: quod uariis metrorũ generibus cōponitur. Dicimus. n. huiusmōi carminũ aliud esse distrophō cũ post duo metrorũ genera stati ad primum reuertimur. Aliud tetrastrophon cũ post quattuor id facimus: unde fit ut carminũ quæ ex diuersis cōstant metris aliud sit monocolō. aliud dicolō distrophon: aliud dicolon tetrastrophon: aliud tricolō tetrastrophon. Monocolō cũ genus metri uniforme est: ut prima ode Horatii. est enim uno metri genere composita. i. choriãbico trimetro: quod asclepiadeum dicitur: ut Mecœnas atauis edite regibus O & presidiũ & dulce decus meum. Dicolon distrophon quando carmen duobus generibus cōstat: & post duos uersus ad primum reuertitur qualis est tertia ode Horatii in qua primum metrum est gliconium choriãbicum trimetrum: secũdum asclepiadeum: tertium item gliconium: ut Sic te diua potens cypri Sic fratres Helenæ lucida sidera Ventorũq; regat pater. Dicolon tetrastrophon cũ duobus generibus cōstat: & post quartũ uersum ad primũ reuertitur qualis est secũda ode Horatii: ĩ qua primi tres uersus sunt dactylici pentametri sapphici: quartus adonius tres itẽ sequentes sapphici: ut Iam satis terris niuisq; diræ Grandinis misit pater: & rubente Dextera sacras iaculatus arces Terruit urbẽ: Terruit gẽtes graue ne rediret. Tricolon tetrastrophō qñ tribus generibus cōstat: & post q̃rtũ uersũ ad primũ reuertit̃: ut ẽ qnta ode Horatii: ĩ q̃ primi duo uersus asclepiadei sũt: tertius pherecratius: quartus gliconius: duo item sequentes: ut Quis multa gracilis te puer in rosa perfusus liquidis urget odoribus. Grata pyrra sub antro: Cui flauam religas coma simplex munditiis heu quotiens fidem Mutatosq; deos flebit & aspera & reliqua. Fieri potest ut plurium etiam q̃ trium metrorum mixtionem reperiri contingat. sed nos ea tantum notasse contenti sumus: quæ maxime in usu erant.

Aec sunt mi Iacobe quæ de metris ad te in præsentiarũ conscripsimus: ubi q̃tũ ĩ me fuit seruato ordine cũcta

digessi: quo & i p̄sens tempus rem tibi cognitu dilucidam redderē: & in futurum si quando usus ueniret: aut alicuius rei te repens obliuio teneret: omnia inuentu atq3 depromptu q̄ facillima forent: superest ut tu hæc assidue & diligenter perlegas: & fideliter memoriæ cōmendes. Interim etiā cōponendis uersiculis mentē exerceas. Ita enim fiet ut nec te accepti beneficii: nec me laboris pœniteat mei.

Vale.

NICOLAVS PEROTVS CELIO PEROTO FRATRI CHARISSIMO.S.

EX omnibus immortalis dei erga me beneficiis duo sunt quibus maxime gloriari soleo: Vnum q̄ Bessarionem mihi principem: alterum q̄ te fratrem præstiterit. Nam si mihi data esset facultas omnia p̄ arbitrio meo eligēdi: quid cogitare ne dicā sperare amplius potuissem: Vt enim a principe īcipiam nactus sum pium: beneficium: humanum: liberalem: inaudita æquitate: summa iusticia: singulari fide: diuina sapientia: adeo præterea omni genere studiorum eruditum: ut mihi interdū de eo cogitāti nō tam unus homo litteratus q̄ litteræ ipse omnesq3 bonæ artes in uno homine esse uideantur. Nulla res est tam difficilis: tam abolita: quā ex huius animo ueluti quodam thesauro non liceat expromere q̄ peritus est diuinarum litterarum: q̄ doctus: & ciuilis & pōtificii iuris. Quid est adeo in philosophia abstrusum atq3 reconditum? quod huic non sit penitus familiare? quis in mathematicis excellentior? q̄tum exemplorum q̄tum historiæ q̄tum antiq̄tatis tenet? Num sermo eius cum græce loquitur: plane atticus est cum scribit latinæ musæ ipsæ romanę loqui uidentur. Orationem ipsius platonicam putes: crebra est assidua copiosa & hibernis niuibus similis. in uersibus tantum leporis: dulcedinis suauitatis inserit ut nihil diuinius sit: nihil cælestius. Quid epigrammata quæ nuper in semistum platonicum composuit: quæq3 subito cum latina reddidisti: nōne reddere probatissimam illam antiquitatem uidentur: disputationes eius subtiles: ornatæ: graues: ut facile quemlibet quo uelit impellat & trahat: ita ex tempore loquitur quasi iam pridem scripserit. uidentur ad manum sensus omnes instructi. Tanta præterea humanitate erga omnes expositus est: ut qui dignitate sūmum locum tenet: facilitate morum pene infimus uideatur. Liberalitatem eius cum infiniti ex latinis: tum maxime hoc tempore infœlicissimi græciæ populi experiuntur: qui propriis expulsi sedi-

bus ad hũc ueluti unicum refugium confluunt. Adde q me adeo amanter: benigne clæmenter amplexus est: ut octauum iam annũ nõ solum domi: sed intra secretiora cubilia ad curam castissimi corporis sui tenuerit teneatq: Apud quem quantum gratia & auctoritate ualuerim: in propinquorum atq amicorum honoribus expertus sum: Quæ nostra familia: qui pater: qui nos omnes: quæ nostræ fortunæ essent: nisi princeps noster fuisset? Nota hæc omnibus sunt. quicquid sumus principis nostri sumus beneficio: humanitate: clæmentia: huic uni bona fortunas: ipsam denique animam debemus. Merito itaq me puto immortale beneficiũ a deo consecutum q talem nactus sum principem: quem nisi summa integritate: fide: obseruantia colam: uenerer: adorem: sceleratus: facinorosus: nefarius sim: e conspectu hominum fugandus eiiciendus exterminandus. De te uero mi frater quid loquar? an mihi secundo loco euenire aliquid dulcius poterat q̃ te talem habere germanum qui mihi ut aspectu ac liniamentis corporis ita & moribus & natura similis euaderes: qui iisdem quibus ipse studiis deditus a me erudireris: docereris: instruereris: quem ego ueluti imaginem quandam meis manibus formarem atq consingerem: De cuius indole tantam animo spem concepi: ut non mediocre decus allaturum te familiæ nostræ: nisi te nobis fata inuiderint existimem. At quorsum hæc de me inquies (nam de principe nostro non miror quem ubiq laudare: extollere: prædicare: satiari non potes) Nempe quia tuis quoq laudibus satiari non possum optime & suauissime frater: ita me ingenium tuum: ita studium: ita mores delectãt: præsertim in hoc lubrico ætatis in quo multi adolescentes periclitari solent: Quãta me nuper uoluptate affectum putas cum me rogasti ut una epistola omnia genera metrorum quæ apud Horatium Flaccum reperiuntur breuiter conprehenderem: & unde lyrici poetæ dicti fuerint ad te scriberem. Ex his enim intelligo non contentum te heroicis atq elegiacis uersibus: ut cæteri nostræ ætatis adolescentes sed ad cætera quoq metrorum genera aspirare: Quod te optimi ingenii tui exactissimæ in studiis diligentiæ testimonium est. Ego uero in honestissimo desiderio tuo morem geram: & instar liberalissimi hominis plus etiam q̃ a me quæratur præstem. hac tibi epistola omnia metrorum genera quibus non solum Horatius: uerum etiam Boetius usus breuiter annotabo. Si tamen prius quid lyricorum uetustissimum nomen sibi uelit ostendero. Dicti igitur ly

rici sunt a lyra quoniam ueteres huiusmodi carminum scriptores ad lyram poemata sua canere consueuerunt: hi apud græcos quidem octo feruntur Alcman a quo alcmaniũ metrum dictum est: Stesichorus a quo stesichoriũ: Alcæus a quo alcaicum: Ibicius a quo ibicium: Anacreon a quo anacreontium: simonides a quo simonidium: Pindarus a quo pīdaricum: Bachilides a quo bacchilidium. horum ut Quintilianus inquit lõge pindarus princeps spiritus magnificẽtia figuris beatissima rerum uerborum copia uelut quodam eloquentiæ flumine: propter quod Horatius merito eum credidit nemini imitabilem. Additur supradictis Sapho: quam magistram fuisse Platonis nonnulli tradunt a qua sapphicum metrum appellatum est: ita lyricorum numerus nouem musarum numerum impleri: quarum inuocationibus cantus suos ordinebantur. Apud latinos uero tres precipue memorantur lyrici Horatius: Cesius Bassus: & Valerius Martialis. Inter hos palmam optinet Horatius. Solus fere ut idem Quintiliãus inquit legi dignus. nam & insurgit aliquando: & plenus est iucunditatis & gratiæ & uariis figuris fœlicissime audax. Secundus. Valerius Martialis: quem intellexisse. Quintilianum arbitror cum ait si quem adiicere. Horatio uelis erit Cesius Bassus: quem nuper uidimus. Sed eum longe præcedunt ingenia uiuentium: Martialem quippe Quintiliani ætate fuisse manifestum est. ac Cesii Bassi uix hac tempestate superest nomen. Vsus autem est Horatius in eo libro: qui odæ inscribitur undeuiginti metrorum generibus. Primum est genus monocolon: diciturq; choriambicum asclepiadeum tetrametrum constans spondæo duobus choriambis & pyrrichio sic enim scãditur Mecœ: nas atauis: edite re: gibus. Scripsit hoc metro duntaxat tris odas.

Mecœnas atauis edite re: gibus. Exegi monumẽtũ aere pennius.
Donarem pateras grataq; commodis.

Secundum genus est dicolon tetrastrophon: primi tres uersus sũt dactylici pentametri sapphici: cõstant. enim trochæo spondæo dactylo: & duobus trochæis hoc modo Iam sa: tis ter: ris niuis: atq;: diræ: quartus adonius cõstans dactylo dimetro catalectico hoc est dactylo & spondæo siue trochæo hoc modo Terruit urbem scripsit hoc metro tres & uiginti odas.

Iam satis terris niuis atq; diræ.
Mercuri facunde nepos Athlantis
Quem uirum aut heroa lyra uel acri.

Vile potabis modicis sabinum.
Integer uitæ scælerisq; purus.
Partius iunctas quatinnt fenestras
O Venus regina gnidi paphiq;.
Poscimus si quid uacui sub umbra:
Persicos odi puer apparatus.
Nullus argento color est auaris.
Ne sit ancillæ tibi amor pudori
Septimi gades aditure mecum.
Illa si uiris tibi peierati.
Rectius niues licini neq; altum:
Ocium diues rogat in patenti.
Martiis cælebs quid agam calendis
Mercurii nam te docilis magistro.
Herculis ritu modo dictus o plebs.
Faune nympharum fugientum amator.
Non uides quanto moneas periclo.
Montium custos nemorumq; uirgo.
Impiōs spartæ retinentis omen.
Pindarum quisquis studet æmulari.
Diue quem proles niobæa magne.
Est mihi nonum superantis annum.
Phebe syluarumq; potens diana
Tertium dicolon distrophon: primus uersus est choriambicus gliconius trimeter constans spondeo choriambo & pyrrichio hoc modo: Sic te: diua potens: cypri: sequens est asclepiadeus hoc modo: Sic fra: tres helene: lucida si: dera, scripsit hoc metro odas, xii.
Sic te diua potens cypri
Cum tu lydia telephi.
Mater scæua libidinum.
Et thure & fidibus iuuat:
Donec gratus eram tibi.
Vxor pauperis ibici
Quantum distat ab inacho.
Intactis opulentior.
Festo quid potius die.
Qui me bacche rapis tui.
Intermissa Venus diu.

Quem tu melpomone semel.

Quartum dicolon distrophon. primus uersus est dactylicus archilochius tetrameter constans tetrametro bucolico & tribus trochæis ut Soluitur: a cris hy: ems gra: ta uice: ueris: & fa: uoni: sequens item archilochius constans ex pentimemeri iambica: & tribus trochæis hoc modo: Trahunt: q; sic: cas machi: næ ca: rinas: scripsit hoc metro dũtaxat hãc odẽ. Soluitur acris hyems &c.

Quintum tricolon tetrastrophon: Primi duo uersus sunt asclepiadei hoc modo: Quis mul: ta fragilis: te puer in: rosa. Tertius pherecratius constans spondæo dactylo & spondæo: hoc modo: grato: pyrra sub antro: Quartus gliconius: de quo supra dictũ est hoc mõ: Cui fla: uant religas: comã: scribit hoc metro septẽ odas.

Quis multa gracilis te puer in rosa.
O nauis referent in mare te noui
Dianam teneræ dicite uirgines
Vitas uileo me similis cloe
O fons blandusiæ splendidior uitro
Audiuere lice dii mea uota dii
Quid fles asterie quem tibi candidi.

Sextum dicolon distrophon. Tres primi uersus sunt asclepiadei hoc modo scribe: ris uario: fortis & ho: stium: quartus est gliconius hoc modo Miles: te duce ges: seris: scribit hoc metro odas nouẽ

Scriberis uario fortis & hostium
Pastor cum traheret per fræta nauibus
Quis desiderio sit pudor aut modus.
Albine doleas plus nimio memor.
Nolis longa ferre bella numantiæ
Extremum tanaim si biberes lyce
Inclusam danaen turris & Aenea
Diuis orte bonis optime romule
Iam ueris comites quæ mare temperant

Septimũ dicolon distrophon primus uersus est heroicus hoc modo: Lauda: bunt ali: i cla: rã rhodõ: aut myti: lenẽ. Secũdus est dactylicus alcmani tetrameter acatalecticus. quattuor enim pedes heroici habet siue dactylos omnes siue spõdæos siue mixtos: frequentissime ta men in tertio pede dactylum hoc modo:

Aut ehpe: sum bi ma: risue co: rinthi.

Scribit hoc metro quattuootodas.

Laudabunt alii claram rhodon aut mytilenem
Albis ut obscuro detergit nubila cælo
Te maris & terræ numeroqꝫ carentis harenæ
Quid tibi uis mulier nigris dignissima barris.

Octauũ dicolon distrophon. primus uersus ē choriābicus monometer aristophanius cōstās choriābo & āphybraco siue bacchio: hoc modo. Lydia dic: p oēs: Sequens ē choriābicus trimeter sapphicus constans epitrito secundo: duobus choriambis & āphibracho siue bacchio hoc modo Te deos o: ro sibarī: cur ꝑpas amādo. scribit hoc metro dūtaxat hanc oden

Lydia dic per omnes
Te deos oro sibarim cur properas amando.

Nonũ tricolon tetrastrophon. primi duo uersus sunt dactylici alcaici trimetri catalectici: cōstant enim pētimemeri iambica: & duobus dactylis: hoc modo. Vides: ut al: ta: stet niue candidũ. Tertius est iambicus archilochius dimeter hypcatalecticus si quidem in primo pede recipit iambum uel spondæum: in quarto iambum uel pyrrhichium: deinde superest syllaba hoc modo: syluæ: labo: rantes: gelu: qꝫ: quartus uersus est dactylicus alcmanius tetrameter: de quo paulo ante diximus. recipitqꝫ in tertio pede frequentissime trochæũ hoc modo flumina constite: rint a: cuto. scribit hoc metro. vii. & . xxx. odas

Vides ut alta stet niue candidum
O mater & pulchra filia pulchrior
Velox amœnum sæpe lucratilem
Musis amicus tristriciam & metus
Natis in usum læticiæ scyphis
Acti beatis non arabum inuides
Quid dedicatum poscit apollinem
Parcus deorum cultor & infrequens
O diua gratum quæ regis antium
Nunc est bibendum nunc pede libero
Motum ex metello consule ciuium
Aequam memento rebus in arduis
Nundum subacta ferre iugum ualet
O sepæ mecum tempus in ultimum
Non semper imbres nubibus hispidos
Quid bellicosus cantaber & scythes

Ille & nefasto te posuit die
Heu fugaces postume postume
Iampauca aratro iugera regiæ
Cur me querelis examinas tuis
Bacchum in remotis carmina rupibus
Non usitata nec tenui ferar
Odi prophanum uulgus & arceo
Angustam amice pauperiem pati
Descende cælo & dic age tibia
Iustum ut tenacem propositi uirum
Cælo tonantem credimus Iouem
Delicta maiorum immeritus lues
Heli uetusto nobilis albano
O nata mecum consule Manlio
Cælo suppinas si tuleris manus
Dixi puellis nuper idoneus
Tyrrena regum progenies tibi
Qualem ministrum fulminis alitem
Ne forte credas interitura quæ
Quæ cura patrum quæ ue quiritum
Phœbus uolentem prælia me loqui.

Decimũ monocolon uersus est choriãbicus pẽtameter alcaicus constans spondæo tribus choriãbis & pyrrichio hoc mõ Tu ne: q̃sieris: scire ne fas: quẽ mihi quẽ: tibi. Scribit hoc metro tris odas.

Tu ne quæsieris scire nefas quem mihi quẽ tibi
Nullam uarre sacra uitæ prius seueris arborem
O crudelis adhuc & Veneris muneribus potens.

Vndecimum dicolon distrophon. primus uersus est dimeter iãbicus archilochius acatalecticus. cõstat enim amphimacro: q metrum facit: & duobus iambis: siue altero spõdæo: hoc modo. Nõ ebur ne: queau: reum. Sequẽs trimeter iambicus hipponactius catalecticus. habet enim quinq; iambos & syllabã: recipit tñ imparibus sedibus etiã spondæũ hoc modo Mea: reni: det in: domo: lacu: nar. Scribit hoc metro dũtaxat hanc oden.

Non ebur neq; aureum

Duodecimũ monocolon uersus ẽ ionicus sapphicus a minori trimeter acatalecticus: hoc est tribus ionicis a minori cõstans hoc mõ Miserarũ est: nec amori: date ludum. Scribit hoc metro tantũ hãc

oden: Miserarũ est nec amori &c.

Tertiũdecimũ distrophon dicolon. primus uersus est heroicus hoc mõ: diffu: gere ni: ues rede: untiũ: gramina cãpis. Sequẽs ẽ dactylus archilochius dimeter catalecticus: hoc ẽ cõstans duobus dactylis & syllaba hoc mõ: Arboribus: q3 comæ: scribit hoc metro hanc oden: Diffugere ni &c.

Quartũdecimũ dicolon distrophon. Primus uersus ẽ iambicus hipponactius trimeter acatalecticus cõstans sex iambis: recipiẽsq3 etiam spondeũ ĩparibus sedibus hoc mõ: Ibis: libur: nis in: ter altana: uium. Sequẽs ẽ iambicus archilochius dimeter acatalecticus constans quattuor iambis admixto interim ĩparibus sedibus spondæo hoc mõ Ami: cepro: pugna: cula. scripsit h metro odas decẽ.

Ibis liburnis inter alta nauium
Beatus ille qni procul negociis
Parentis olim si quis impia manu
Lupis & agnis quanta sortito obtigit
At o decorum quicquid in cælo regis
Quid immerentes hospites uexas canis
Quoquo scelesti unitis aut cur dextris
Rogare longo putidam te sæculo
Quando repostum tecum ad festas dapes
Maia soluta nauis exit alite

Quintũdecimũ dicolon distrophon Primus uersus ẽ iambicus hipponactius trimeter acatalecticus de quo pauloãte diximus hoc mõ Pecti: nihil: mesi: cutan: tea: iuuat Secũdus ẽ sapphicus cõstãs pentimemeri heroica & dimetro iambico hoc mõ. Scribere: uersiculos: amo: re p: cussum: graui. scribit hoc metro dũtaxat hãc odẽ Pecti nihil me sicut antea iuuat.

Sextũdecimũ dicolon distrophõ. primus uersus ẽ heroicus hoc mõ Horrida: tẽpe: stas cæ: lũ con: traxit &: ignes. Sequẽs ẽ archilochius cõstãs dimetro iãbico acatalectico: & pẽtimemeri heroica hoc mõ niues: q3 de: ducũ: iouẽ: nũc mare: nũc sylu: æ. scribit hoc metro tm̃ hanc oden. Horrida tẽpestas &c.

Decimũseptimũ dicolon distrophon. primus uersus ẽ heroicus hoc mõ Mollis in: ertia: cũ tan: tam dif: fuderit: imis. secũdus iãbicus archilochius dimeter acatalecticus: de quo supra dictũ ẽ hoc mõ obliuio: nẽ sen: sibus. scribit hoc metro duas odas Mollis inertia cum tm̃ diffuderit imis Nox erat & cælo fulgebat luna sereno

Duodeuigesimum dicolon distrophon . primus uersus est hero cus hoc modo Altera : iam bel : lis teri : tur ci : uilibu : : ætas . Alter iambicus hipponactius trimeter acatalecticus : de quo supra dictũ est hoc modo suis : & i : psa ro : manæ : uiribus : ruit scribit hoc metro hanc oden duntaxat. Altera iam bellis territur &c.

Vndeuigesimum monocolon . uersus est iambicus hipponactius trimeter acatalecticus : qualis superior hoc modo Iam ief . fica . ci do . manus : scien . tiæ . hanc tantummodo oden hoc carmine scribit Iam iam efficaci &c.

Habes igitur mi frater omnia metrorũ genera quibus Horatius . Flaccus usus est modis . nũc promissi nostri memores boetiana metra exequemur . .

Primum est dicolon distrophon : duo enim carminum genera cõprehendit . primum est heroicum hoc modo Carmina : qui quon : dam studi : o flo : rente per : egi . Secundum est elegiacum hoc modo Flebilis : heu mœ : stos : cogor ĩ : ire mo : dos : usus ẽ hoc metro bis tm̃ .

Carmina qui quondam studio florente peregi .
Flebilis heu mœstos cogor inire modos .
Puppis achimeniæ scopulis ubi mersa sequentum .
Pectoribus figit spicula pugna fugax .

Secundum ẽ monocolon uersus est dactylicus alcmanius tetrameter hypercatalecticus constans pẽtimemeri dactylica . : Item dactylo & spondæo siue trochæo hoc modo : Heu q̃ : præcipi : ti : mer sa pro : fundo : usus est hoc metro bis .

Heu q̃ præcipiti mersa profundo .
Si quis arcturi sidera nescit

Tertium metrum est dicolon distrophon primus uersus est dactylicus hoc modo Tunc me : discus : sa li : querunt : nocte te : nebre : sequens est alcmanius dactylicus tetrameter acatalecticus quattuor integris dactylis constans hoc modo . Lumini : busq; pri : or redi : it uigor . usus est hoc metro semel tantum hoc lõco .

Tunc me discussæ liquerunt nocte tenebre
Luminibusq; prior rediit uigor .

Quartum monocolon uersus est dactylicus phalæcius pẽtameter hendecasyllabus . constat enim spondæo dactylo & tribus trochæis hoc modo Quisqs composi : to se : renus : æuo . usus est hoc metro duobus locis .

Quisquis composito serenus æuo .

Huc omnes pariter uenite capti.

Quintum monocolon uersus ē anapæsticus pindaricus dimeter acatalecticus constans anapæsto recipiēs tn̄ frequēter ēt spōdæū raro pceleumaticū apud comicos dactylū quoq; frequēter capit & sepenumero ultima cū supest syllaba ī duas breues diuiditur. scanditur hoc modo Ostel: liferi: conditor: orbis. utitur hoc metro bis

O stelliferi conditor orbis.
Quantas rerum flectat habenas.

Sextum monocolon uersus est gliconius choriābicus trimeter acatalecticus constans spōdæo choriambo & pyrrichio hoc modo Cū phœ: bi radiis graue. utitur hoc metro quinquies.

Cum phœbi radiis graue
Fœlix qui potuit boni
Quondam porticus attulit.
Quod mundus stabili fide
Vela Naricii ducis.

Septimum monocolon uersus est dactylicus adonius dimeter catalecticus constans dactylo & trochæo idest duobus dactylis deficiente una syllaba hoc modo
Nubibus. atris. utitur hoc metro semel tantum.

Nubibus atris.
Condita nullum.

Octauum monocolon uersus est iambicus hipponactius trimeter acatalecticus de quo supra cū de horatianis metris tractaremus exposuimus hoc modo Hæc cū. super. ba uer. terit. uices. dextra. Illud sæpius memorandū iambica metra īparibus quidē locis posse recipere iambū tribrachū spōdæū dactylū anapestū paribus tantū iambū & tribrachū apud comicos frequēter & anapæstū. utitur hoc metro bis duntaxat.

Hæc cum superba ueterit uices dextra.
Quisquis profunda mente uestigat uerum.

Nonū ē dicolon distrophō primus uersus ē asclepiadeus choriābicus tetrameter catalecticus cōstās spōdeo duobus choriābis & pyrrichio hoc mō Si quā. tas rapidis flatibus ī. citus. sequēs ē dactylicus pherecratius trimeter acatalecticus ɔstās spōdæo dactylo & spōdæo hoc modo Pōtus uersat ha, renas. usus est hoc metro semel tantum

Si quantas rapidis flatibus incitus.
Pontus uersat harenas.

Decimū dicolō distrophō primus uersus ē dactylicus sapphicus pētameter acatalecticus cōstās trochæo spōdæo dactylo & duobus

trochæis hoc mõ Cũ po:lo phœ:bus rose:is qua:drigis. Sequẽs ẽ gliconius de quo supra dictũ ẽ hoc mõ Lucẽ:spargere cœ:pit. usus est hoc metro semel tantum.
Cum polo phæbus roseis quadrigis.
Lucem spargere cœperit.
Vndecimũ dicolõ distrophõ primus uersus ẽ iãbicus anacreõtius dimeter catalecticus constans tribus pedibus & syllaba hoc modo Quisquis:uolet:peren:nem. sequẽs est pherecratius de quo supra dictum est hoc modo Cautus:ponere:sedem.
Duodecimũ monocolon uersus ẽ anapæsticus partheniacus dimeter catalecticus: primi duo pedes recipiũt anapestũ uel spõdæũ: tertius sp spondæum deĩde superest syllaba hoc modo Fœlix nimium:prior æ:tas. usus est hoc metro bis.
Fœlix nimium prioræ tas.
Qui se uolet esse potentem.
Tertiũdecimũ monocolon uersus ẽ dactylicus pentameter acatalecticus de quo paulo ante diximus hoc modo Noui:mus quan:tas dede:rit ru:inas. usus est hoc metro bis.
Nouimus quantas dederit ruinas.
Bella quis quinis operatus annis.
Hoc tamen dimetro adonio terminauit in hunc modum Sidera:donat.
Quartũdecimum dicolon distrophon. primus uersus est iambicus archilochius trimeter acatalecticus imparibus sedibus spondæum recipiens. interdũ etiã anapæstũ in fine pyrrichiũ uel spondæũ hoc mõ Quicũ:qꝫ so:lã mẽ:te præ:cipiti:petit. Sequens ẽ iãbicus archilochius dimeter acatalecticus hoc modo Summũ:qꝫ cre:dit glo:riam. usus est hoc metro semel.
Quicunqꝫ solam mente præcipiti petit.
Summumqꝫ credit gloriam.
Quintũdecimũ monocolõ uersus ẽ dactylicus ithyphallicus tetrameter acatalecticus cõstans tribus dactilis & pyrrichio hoc mõ Qui sere:ringeni:um uolet:agꝛ. usus ẽ hoc metro tm̃ semel.
Qui serere ingenium uolet agrum.
Sextũdecimũ dicolon distrophon primus uersus ẽ iãbicus trimeter acatalecticus de quo supra memoraui hoc mõ: q̃uis:fluen:ti di:ues au:ri gurgite. Sequẽs elegiacus hoc mõ Nõ ex:pletu:ras cogat a:uarꝰ o:pes. usus ẽ hoc metro semel, q̃uis fluẽte diues auri gurgite

Non expleturas cogat auarus opes.
Decimũſeptimũ dicolõ diſtrophõ primus uerſus ẽ dactylicus phalæcius pẽtameter hẽdecaſyllabus de quo ſupra memorauimus hoc modo q̃uis ſe tyri:o ſu:perbus:oſtro. ſequẽs ẽ dactylicus archilochius tetrameter catalecticus hoc mõ Comeret: & niue:is la:pillis uſus eſt hoc metro ſemel.
Quanuis ſe tyrio ſuperbus oſtro.
Comeret & niueis lapillis. In quo ſæpe pro ſpondæo ſiue dactylo in paribus locis trochæum reperies.
Duodeuigeſimũ dicolõ diſtrophõ primus uerſus ẽ dactylicus alcmanius trimeter hypcatalecticus. nã poſt tres pedes ſupeſt ſyllaba hoc mõ Omne homi:nũ genus:ĩter:ris. Seq̃es ẽ pherecratius: de quo ſupra memorauimus: q tñ in prima ſede cõtra uſũ anapeſtũ recipit: hoc mõ: Simili: ſurgit ab: ortu. utitur hoc metro ſemel tãtũ
Omne hominum genus in terris. Simili ſurgit ab ortu.
Vndeuigeſimũ monocolon uerſus eſt iãbicus anacreõtiuſ dimeter catalecticus cõſtãs anapæſto: duobus iãbis: & ſyllaba hoc mõ: Hẽt hoc: uolu: ptas oĩs uſus ẽ hoc metro ſemel. hẽt h uoluptas oĩs
Vigeſimũ dicolon diſtrophon: primus uerſus ẽ aſclepiadeus: de quo ſupra dictum ẽ hoc mõ: Heu heu quæ miſeros: trã te de: uio: Seq̃ẽs ẽ iãbicus archilochiꝰ dimeter acatalecticus hoc mõ: Abdu: cit i: gnoran: tia uſus eſt hoc metro ſemel.
Heu heu quæ miſeros tramite deuio Abducit ignorantia.
Vigeſimũ primũ monocolõ uerſus ẽ heroicus hexameter. o q ꝑpetu: a mũ: dum rati: one gu: bernas uſus ẽ hoc metro ſemel. O q ꝑpetua mũdũ rõe &c. xxii. dicolõ diſtrophõ primus uerſus ẽ dactylicus alcmanius tetrameter acatalecticus: de quo ſupra dictũ eſt hoc mõ: ſũt eteni pẽ: ne uolu: cres mihi. ſeq̃ẽs ẽ iãbicus archilochius dimeter acatalecticus: cuius paulo añ mentionẽ fecimus hoc mõ. q̃ cæl: ſa cõ: ſcendãt: poli. uſus ẽ hoc metro ſemel tãtum.
Sunt etenim pennæ uolucres mihi. Quæ cælſa conſcẽdãt poli.
XXIII. dicolon diſtrophõ. primus uerſus ẽ trochaicus alcmanius. dimeter catalecticus hoc modo: quos ui: des ſe. dere. cælſo. Vbi aĩaduertendũ ẽ trochaica locis ĩparibus ſuſcipe trochæũ: & nõnũq̃ dactylũ. paribus uero cũ ſupradictos tũ ẽt ſpondeũ & anapeſtũ: de quo nuꝑ a nobis diligẽtius diſputatũ ẽ ĩ libro: quẽ nuꝑ de metris edidimus. ſeq̃ẽs ẽ pherecratiꝰ cuius ſupra mẽtionẽ fecimus hoc mõ ſolii. culmĩe. r̃cipit. n. hic ꝑ ſpõdeo anapæſtũ uſꝰ ẽ hoc metro ſemel.

Quos uides sedere cælso soli culmine

Quartũ & .xx. dicolon distrophon. primus uersus est dactylicus phalæcius pentameter hendecasyllabus hoc modo: Quid tantos iuuat: exci.tare.motus. sequens est elegiacus hoc modo: Et ꝓpri.a fa.tũ.solici.tare ma.nu.usus est hoc metro semel

Quid tantos iuuat excitare motus
Et propria fatum solicitare manu

Quintum & uigesimum monocolon. uersus est dactylicus archilochius tetrameter catalecticus. primi duo pedes possunt esse dactyli ul' spondæi. tertius tantum dactylus. quartus spõdæus hoc modo. si uis. cælsi. iura to.nantis: usus est metro ter.

Si uis cælsi iura tonantis
Quæ nam discors fœdera rerum
Puro claro lumine phœbum

Sextũ & uigesimum monocolon uersus est dactylicus archilochius constans tetrametro bucolico & tribus trochæis hoc modo. q̃uari.is ter.ras ani.malia.perme.aut fi.guris.usus est hoc metro semel. q̃uariis terras animalia permeant figuris

Hæc sũt mi frater q̃ de Horatii Flacci: ac Seuerini Boetii metris ad te ꝑscripsi. superest ut ipse mihi non solum agas gratias: uerum etiam gratiã referas. quod accumulatissime factum existimabo: si ex lucubratione nostra tantum quantum speramus simul atq; optamus cepisse te fructum intellexero. Finis.

OMNIBONI LEONICENI VINCENTINI LIBELLVS DE ARTE METRICA.

PEs ī metro dicitur: q̄ pedis officio fungatur. Metra .n. per pedes quodāmodo incedunt. Pedes alii dicūtur legitimi: alii uero nothi. Legitimi pedes metri cuiusq̧ nominātur hi: qui sunt naturales in uersibus. Nothi uero q̄ per corruptelam solutionis accedunt. Solutio autem dicitur in metro quotienscūq̧ pro una longa ponimus duas breues. Igitur heroicis uersus: de quo non nihil dicere statuimus: legitimus est spondæus. accedunt autem dactylus atq̧ trochæus: & trochæus par spondæo reputatur: quia in fine tantū ponitur: ubi ultima semper indifferēs habetur. Dactylus uero quattuor tēpora syllabis complet tribus: & spondæus totidē complectit̄ duabus. Syllaba enim longa duo tēpora habet: breuis unū: & tantum duas pferendo breues tēporis cōsumitur: quantū dum una longa pfertur. cū enim illa cursim: hæc tractim & cum quadam mora pnunciet̄. Quo circa in heroico uersu spondæus pes (ut dixi) legitimus omnem sibi uendicat locū: sic etiam dactylus qui spondæum temporibus æquat. In quinto tamen loco spondæum raro: dactylum frequentissime īuenies: ut Discedens chlamydēq̧ auro dedit intertextā. hic enī quītū spondæus locū possidet: trochæus ut dictum est nunq̄ nisi in sexto locatur. is. n. uersus heroici postremus est locus ubi ultima syllaba fit liberior: alioquin uno foret tp̄e minor: nec tamen pro spondæo dactylus tm̄modo ponitur: ut Arma uirumq̧ cano troiæ q̄ primus ab oris: uerum etiā anapæstus nōnunq̄: ut fluuiorum rex eridanus cāposq̧ per omnes. aliqn̄ proceleumaticus: ut tenuia nec lanæ per cælū uellera ferri. Animaduertendum est aūt in scansione synæresim plerūq̧ fieri uel collisionē Synæresis dicit̄ quotienscūq̧ duæ uocales in unam coguntur syllabā: ut Hic tamen ille urbē Pataui sedesq̧ locauit. & Dii quibus imperium hoc steterat. & solio tū iuppiter aureo. Collisio aūt fit cum sola uocalis abiicitur: uel ēt cōsonans cum sua uocali sola uocalis abiicitur si dictio præcedens uocali terminetur: & sequens a uocali incipiet: ut Carthago Italiā contra. Itidem fit in his compositis aduerbiis: Deinde deinceps dehinc & proinde: ut æneas quo deinde ruis. & redde age q̄ deinceps risisti. & Eurum ad se zephyrumq̧ uocat: dehinc talia fatur & proinde tona eloquio. Consonantes uero cum sua uocali abiicitur si dictio precedens desiāt in m: & sequēs incipiat a uocali: ut Littora

multũ ille & iactatus & altato. & Ter scopuli clamorẽ inter caua saxa dedere. Eadem ratio est uersus hipmetri. Hipermetrum appellamus uersum qui una syllaba amplior est: itaq̃ sequẽs uersus a uocali incipiat necesse est: ut possit fieri collisio seu uocalis excluditur sola ut Ecce furens ais aderat tyrinthius omnẽq̃ accessũ lustrans: seu consonans cũ sua expellitur uocali: ut Aut dulcis musti uulcano decoquit humorẽ: Aut foliis undam. est etiam ubi s abiicitur uel sola: ut Ponite spes sibi quisq̃ suas. uel cũ sua uocali: ut Inter se coisse uiros & decernere ferro. Illud quoq̃ admonendũ uidetur u positũ post s uocali sequente in eadẽ syllaba uim amittere litteræ: ut Suadet enĩ uesana fames: & Suaue rubens hiacynthus: & Quibus acerrris in prælia suetus. Huic quoq̃ & cui monosyllaba sunt: ut Huic coniunx Sichæus erat: & Cui pater intactam dederat primusq̃ iugarat. Nõnũq̃ syllabæ diæresis fit: ut apud Horatiũ Nũc mare nũc sylue. Est enim pẽtimemeris heroica: & syluæ trisillabũ est. Ouidii quoq̃ tale est: Hæc quoq̃ te saluo persoluenda mihi. Ae quoq̃ diphthongus latina in græcã ai uersa diuiditur: ut Aulai in medio libabant pocula bacchi: & Diues opum diues pictai uestis & auri. pro aulæ & pictæ.

De syllabis.

Ed quoniam pedes ex sillabis constant: syllabæ autem uel breues uel lõgæ uel communes sunt: quanam ratione quæq̃ syllaba dignosci possit breuiter dicemus. Syllaba dicta est ex græco uocabulo συλλαβὴ .i. ex acceptione litterarum. propria enim illa syllaba est: quæ de pluribus constat: ut est: post: stirpe Quæ autẽ de una uocali perficitur abusiue dicitur syllaba: ut e a. Omnes autẽ syllabæ a uocalibus suis incipiũt habere tractatũ: atq̃ exordiũ sumunt. Consonantes etenim quæ sequũtur ipsi syllabæ imputãtur. Præcedentes autem non ipsi: sed aut uacabunt: aut superiorem breuem iuuabunt: utputa glans. Ab a considerantes n & s damus ipsi syllabæ: quia sequuntur uocalem. G uero & l non ipsi imputamus: sed seruamus ad auxilium superioris breuis si forte precedat: ut iuglãdes. Consonantes autem non hæ solũ quæ in eadem syllaba sunt. sed etiam in sequenti positæ iuuant præcedẽtem uocalem: ut arma.

De breuibus syllabis

Yllabæ breues quattuor modis considerandæ sunt: primo ut habeant uocalem breuem: deinde ut nõ desinant in duas

consonantes: aut in unā duplicē: aut ī unā. I. inter duas uocales con stitutā: qbus q̄ttuor modis e contrario aīaduersis depraendimus lō gas. nā si sit uocalis naturaliter producta syllaba longa erit: ut dos: si etiam duæ consonantes sequuntur breuē similiter lōga erit: ut ars aut una duplex: ut pix. uel si inter duas uocales est i ut Troia. Plane diphthongi syllabas lōgas faciūt. Sūt aūt q̄ttuor æ ut Aeneas. œ ut poema sed diuisa ē. coniuncta ut mœtus fœdus. au ut aurū. eu ut eurus. Cæterū ei apud antiquos tm̄mō depraenditur: ut eitur: & in græcis noībus diphthongus est ῦι: ut αρπυια.

Sed quoniam difficilis est depræhensio circa syllabas naturaliter breues aut longas sic breuiter consideremus:

De primis syllabis.

Omnis syllaba uel primum uel medium uel ultimum locum tenet. Quæ in primo loco posita est: octo deprehendimus modis. Positione: uocali ante alteram uocalem: deriuatio ne: compositione: præpositione: diphthōgo: regula: & exemplo.

Positio ubiq; producit syllabam. Est autem positio de qua supra diximus cum duæ consonātes uocalem sequuntur: uel una duplex ut dux: uel si īter duas uocales est i: tunc enim pro duplici consonā te accipitur: ut Pompeius.

Vocalis ante alteram uocalem in latinis dictionibus semper bre uiatur: ut luo: præterq̄ i hoc uerbo fio fis ubi producitur i: nisi post e sequatur r: ut fierem fieri: in quibus breuiatur i. nā in græcis dictio nibus plerūq; pducit̄: ut aer dius dia diū Chius chia chium. Virgili us: Dia Camilla: & tunc sciat aerias alpes.

Deriuatio positiui naturam sapit: ut amor corripit primū: quia deriuatur ab amo: cuius prima syllaba corripitur. sed fallit in plerisq;: ut humo as leges uires: Reges sedes uoces iocundus staturus: pedor uomer seculū nequam laterna regula Italia: quæ primam producunt: cum a primitiuis eandem corripientibus deriuentur. Littera autem & littus geminarunt tt. Nam quod nonnulli di cunt opportunum deriuari ab oportet falsum est: quos non scri ptura tantum arguit: sed etiam significatio uerbi. Est enim op portunus ille qui est omnibus accommodatus ueluti portus. non ergo deriuatur sed cōponitur: ex ob & portus cōponit̄ opportunus E contrario correpta sūt alia quæ a pductis deriuant̄: ut dux ducis

ſopor acerbus dicax aruſpex ariſta uadum ſtabulũ ſtabilis omaſus arena lacerna nota noto nato ſides titulus. Et ſides non ab eo uenit quod eſt ſido: ſed quia ſiat quod eſt dictum: Iccirco nuncupata eſt ſi des: ut ait Cicero. Titulus uero non a titane ut iſti uolunt: ſed a tu tando dicitur: ut Varroni placet: quod & ſcriptura antiquorum pro bat. Tutulus enim in codicibus ſcribebatur antiquis.

Compoſitio demonſtrat accentum produci uel corripi primam ſyllabam ſimplicis: quæ media ſit compoſiti: ut amat. Si cōponatur cũ ad ꝓfertur adamat. media correpta: ut clamat. ſi componatur cum in profertur inclamat media producta. Ita illius quidem uerbi primam breuem: huius uero inclamat longam eſſe deprehendimus. Eadem ratio eſt compoſitorũ omnium: ut facit inſicit: parẽ imparem: ducit ĩducit. lotus illotus. Excipiuntur iſta: quorum prima in ſimplicitate producta compoſitione corripitur: innuba pronuba: deiero peiero: cauſidicus: maledicus: cognitus agnitus: inſio & ſuffio ſemiſopitus. Econtrario ambitus comitium mediam producunt: cum ſimplicia eorum primam corripiant.

Præpoſitio quanta fuerit in appoſitione tanta in compoſitione. Notantur aliquæ ad ab ob in & ſub: quæ cum iacio compoſitæ producuntur: quanuis per ſe poſitæ corripiantur. Sed ratio compoſitionis exigit: ut a in i uertatur. Prima. i. pro conſonante ſeruata: Et ſicut facio officio dicimus: ſic iacio obiicio dicamus. Sic igitur rationabiliter in reiicio Virgilius produxit re: ut Atq; oculos rutulorum reiicit aruis. Sic alibi: Reiice ne maculis inſuſcet uellera pullis. Sed tamen argumẽtatur Seruius longam eſſe ſpe qua per deriuationem in præterito longa ẽ futura: ut reieci. Deniq; ἔκτασιν factam eſſe dicit. nam in re ibi corripitur: ut Tityre paſcentes a flumine reiice capellas. Eſt enim proceleumaticus.

De ubiq; producitur: ut deduco: niſi componatur cum dictione incipiente a uocali: ut dehiſco.

Præ etiam diphthongus correpta efficitur ſi cum dictione incipiente a uocali componatur: ut præuro præibis.

Di quoq; ubiq; ꝓducitur niſi in dirimo & diſertus.

Re uero omnibus in locis breuiatẽ niſi ĩ reiicit ut diximus: & refert cũ diſtare ſignificat aut prodeſſe. Nã in reppuli & rettuli reppe ri conſonantes geminantur.

Pro qdẽ ꝓducitẽ: ut ꝓmere. Sed pleraq; excipiũtẽ: ut ꝓtcruus pro cella ꝓnepos ꝓfugus ꝓfanũ ꝓfũdũ ꝓpo ꝓfiteor ꝓfeſſus ꝓficiſcor ꝓfe-

cto: in quibus corripitur ꝓ Et si componatur cum dictione incipiente a uocali: ut prohibeo: propheta uero græcum est προφητης. Propheta: Sicuti σοφιστα sophista.

Diphthōgus qdē sp ut dictū ē syllabā ꝓducit nisi cū uocalis seqt.

Regula primam syllabam docet hoc modo. Omne præteritum bissyllabum producit primam ut emi, præter pauca bibi fidi scidi steti tuli dedi. Et quæ uocalem habent ante alteram uocalem ut nui fui: In omnibus aliis quanta ferint in præsenti tanta erit in præterito: Vt amo amaui. Excipiūtur genui & posui: quæ primam corripiunt contra positionem suam iam in nominatiuo producitur: cū in obliquis correpta uideatur. Idem fieri etiam sine inflexione notaui: ut leuis tēpus cū significatiōe mutauit: nam si nitidum significat producit: ut Virgilius: Ille inter uestes & læuia pectora lapsus. Tū leuis ocreas electro: alioquin uero corripitur. neq; enim leue nomē amatæ & par leuibus uentis. quare diligenter attendendus est usus poetarum: necnō & geminata præterita primā corripiunt: ut momordi peperi: fefelli. Pari ratione omne supinum bissyllabum ꝓducit primam: ut motum: præter itum quitum titum scitum satū rutum ratum litum cum suis compositis.

Exemplum hoc est spectata poetaꝝ auctoritas ualet ad monstrādam quātitatem syllabaꝝ oīum primæ: ut uirum. Arma uirumq; cano. ui breuis est. media: ut lauiniæ. Illo queratur coniūx lauinia campo ui est longa: ultimæ: ut daphni. Daphni tuū pœnos etiam ingenuisse leones. ni breuis est. Proderit igitur plurimum probatorum poetarum uersus tenuisse. nam quia regulis omnia complecti nō pnt: superest ut ad exempla curramus: quæ apud poetas per lectionē facile dep̄hēdemus. Et hæc de primis syllabis dicta sufficiāt.

De mediis syllabis.

Væ uero syllaba in medio constiterit iisdē ferme comprehendetur modis positione: ut capillus. diphthongo: ut ptolemæus. exemplo ut supra diximus uocali ante alteram uocalem: ut iulius curia. & ferme semper in latinis dictiōibus breuiatur uocalis ante alteram uocalem. in mediis quoq; breuiatur: prætequā in genitiuis terminantibus in ius: ut unius ullius: ubi modo longa i modo breuis inuenitur: alius tamen semper producitur: alterius uero semper breuiatur. Genitiui quoq; & datiui quintæ declinationis e puram ante in producunt: ut spes spei: canities canitiei: dies diei, unum etiam apud Statium inuenies i ante us produ-

xisse licius: ut Templa liciæ dabis. Nam apud græcos aliquando sit hoc: ut lidius. sperchius arius. Ei quidem diphthongũ græcam ante us uel a uel um modo in i modo in e longam conuertimus In i ut argia lampia ni comedia. In e. ut deiopeia calliopea medea platea: & huiusmodi possessiuis: ut achilleus alpheus. Nam ꝙ Virgilius tiphoea e correptam protulit. Qui tela typhoea temnis. Doricum est. Illi enim de ei diphthongo i abiiciunt: & e sola breuis remanet tiphoea. Regula mediam deprehendimus syllabam & præcipue in deriuatiuis siue penultima sit illa siue antepenultima. nam ĩ primitiuis accentu facile cognoscitur correpto: ut dominus. producto: ut caminus. Iccirco debemus considerare etiam in deriuatiuis quemadmodum naturaliter profertur ut Victorinus. cto si nescis quanta sit agnosces in genitiuo primitiui quoniam longa est: aperte enim producitur: ut Victoris. Deinde etiam inflexiones considerare debemus: ut tellus. si nescis quãta sit ĩ nominatiuo agnosces in genitiuo quia lõga est. Rursus si billorum si nescis quanta sit bi in plurali: agnosces in singulari quia breuis est sibilus enim facit. Sic relegerunt le ne dubites quanta sit: singularis pronunciatio significat relegit.

De penultimis syllabis.

Enultimã igitur in deriuatiuis hoc modo deprehendimus. Ante la producitur e: ut cautela suadela. Ante na similiter ut cantilena leena excipitur aduena conuena: quæ penultimam corripiũt a uerbis suis: sicut ꝓfuga assecla. collega tamẽ ꝓducitur a lego. Notantᷣ etiam quæ a gigno deriuantur: ut indigena & alienigena. I quoqꝫ producitᷣ ante na: officina tonstrina. excipitur mutina pagina fuscina trucina sarcina. sed hæc magis ꝑ mitiua sunt Sucina uero est plurale. Ante ra producitᷣ u: ut censura prætura. nã satura primitiuũ est. purpura uer o a græco uenit πορφύρα

Ante le producitur i: ut monile sedile

Ante go penultima semper ꝓducitur: ut Carthago uirago callgo erugo. excipitur unũ bissyllabum ligo.

Ante do similiter: ut dulcedo: libido: fortitudo hirundo

Ante ar ꝓducitur: ut lacunar lupanar. nisi sit uocalis ante alterã uocalem: ut laquear.

Ante nas: ut Rauennas: Arpinas.

Ante ris uel re: ut militaris uel militare. Iuuenalis. Et pegma &

pueros inde ad uelaria raptos.

Ante tis quoque: ut samnitis & tiburtis uestratis: quorum nominatiui nō sunt in usu. excipiūtur ceretis siue ceritis in quo non modo ꝑducitur: ut qui cerete domo qui sunt minoris in aruis: sed etiā corripitur: ut Est ingens gelidū lucus ꝓpe ceritis amnē.

Ante nus producitur a: ut romanus troianus. nā dardanus primitiuū est. E ut terrenus. I ut iugurtinus. excipitur diutinus crastinus ornotinus serotinus pristinus mediastinus oleaginus faginus: & fraxinus: quod primitiuū est.

Ante rus ꝑducit̄ o: ut decorus sonorus.

Ante sus quoq;: ut saxosus mœticulosus a mœtu.

Ante tū producitur e: ut oliuetū myrtetū: excipitur temetū.

Ante tas penultima corripit̄: ut bonitas: integritas. nisi sit positio ut libertas:

Ante dus quoq;: ut herbidus floridus candidus. Pandus uero pādidus facere debuit.

Ante lus uel la uel lum in diminutiuis breuiat̄: ut urceolus unciola luceolum.

Ante al seruat̄ penultima primitiui producta: ut ceruix ceruical tribunal. correpta: ut animus animal.

Ante men a prima & quartæ coniugatione ꝑducit̄: ut oblectamen munimen. A secūda uero & tertia corripit̄: ut regimem monimem: nisi in uo desinat uerbū tunc producit̄: ut flumen lumen numen. Sed in compositis a cano semꝑ corripit̄: ut tubicen & fidicen. Excipit̄ tibicē quod solū penultimam produxit ꝓpter synæresin duarū uocaliū. nam tibiicen debuit esse.

Ante lis in denominatiuis producit̄: ut Martialis: fidelis: herilis. excipit̄ æqualis: parilis: quod a paro deduci uidet̄. nam in uerbalibus semper corripit̄: ut fertilis: utilis: sterilis quoq; & strigilis penultimam corripuit.

Ante tus in uerbalibus seruat̄ penultima participiorū: ut ornatus: territus. In aliis uero producit̄ a ut togatus. i ut aiutus. u ut cornutus. ueritus aūt primitiuū magis est. at de penultimis q̄dē satis.

De antepenultimis syllabis.

N tepenultima uero ita dignoscitur.

Ante bilis producit̄ a: ut tractabilis.

Ante bundus ut errabūdus.

Ante bulum ut conciliabulum
Ante cundus ut iracundus.
Ante ceus ut ordeaceus. siue cius ut gallinacius
Ante culum ut miraculum
Ante mentum ut ornamentum
Ante rius uel rium: ut sagittarius armarium salarium. excipiuntur quæ a numerorum nominibus deriuantur: ut denarius.
Ante cula in diminutiuis producitur e: ut uul pecu la diecula.
Ante mentum: ut incrementum
Ante facio uero breuiatur: ut calefacio
Ante bilis corripitur i ut sensibilis:
Anre bundus ut ludibundus
Ante cũdus unũ rubicũdus alternitatis cã. nã rubibũdus debuit eẽ
Ante bulum ut turribulum.
Ante cies ut canicies. Virgilius: Canicies inculta iacet stant lumine flammæ.
Ante cius ut tribunicius
Ante cia: ut pudicicia
Añ culus cula uel culũ i diminutiuis: ut igniculus: anicula: reticulũ

Notatur cuticula: quod solũ in hac forma diminutiuorũ antepenultimã produxit. Iuuenalis: Combibit æstiuũ contracta cuticula solem. Nam periculũ seruat penultimã sui uerbi productã perior periris: Vnde experior experiris periculum.

Ante lius quoq penultimã seruat sui primitiui correptã: ut uirgulta: Virgilius Productam: ut seruilis seruilius.

Similiter ante mẽtũ modo corripitur si breuis fuerit penultima primitiui: ut monui monitus: monumentũ modo producitus: si econtrario longa sit: ut munio munitus munimentum. Incrementum quoq eadẽ ratione antepenultimã produxit: ut magnũ Iouis incrementũ. In iunctura uero cõpositionis semper breuis ẽ: ut uersificor: bellipotens: quadriiuges.

Ante nius modo producitur o: modo breuiatur secũdum penultimam primitiui productam: ut Iuno iunonis Iunonius: Calidon calidonis calidonius. correptam: ut hemon hemonis hemonius: strymon strymonis strymonius. Inueniuntur tamen poetæ i eius modi antepenultimam latenter produxisse. Virgilius: Obstupuit primo aspectu sidonia dido: sidonia profertur producta: quæ alibi corripitur: ut Sidoniasq ostentat opes: & Sidonio est iuectus equo

Sed hoc metri necessitate fieri uidetur in eiusmodi nominibus si ultima producitur antepenultima correpta proferatur: aliter in heroico uersu stare non potest.

Ante rius uel rium similiter producitur o: ut uxorius: prætorius prætorium. V uero antepenultima in omnibus a luendo compositis corripitur: ut diluuium: illuuies: proluuies. sic etiam igluuies.

In um præterea desinentium deriuatiuorum siue etiam compositorũ præter supra dictas formas diuersæ sunt aliæ: ut palladium remediũ præsidium cônubium salatiũ suauiũ officiũ iudiciũ cõsiliũ exiliũ conciliũ auguriũ municipiũ cõuiuiũ remigiũ fastigiũ uestigium: quorũ antepenultima a primitiuis dignoscitur: ut a palladis palladium: a mederis remedium: a præsidis præsidium antepenultima correpta. Rursus a nubit cõnubiũ: a uestis uestigium: a fastidis fastidium: & fastigium antepenultima dignoscitur.

Nã qđ Virgilius ait Connubio iungam stabili: propriamq; dicabo: Systolem fecit. Alibi secundũ artem producit: Cuique leges loci dedimus cônubia nostra reppulit.

De mediis diximus quæ nobis memoriæ occurrerũt Si qua præterea sunt multa etiam non negauerim in eis iuuare poterunt nos exempla poetarum: neque enim tam breuibus spatiis imensa uerborum copia comprehendi potuit. quare de ultimis iam dicere pergemus.

De ultimis syllabis.

Finita casualia per rectos & accusatiuos casus corripiuntur: ut syllaba musa illa: per ablatiuos uero producũtur: ut a sylla a musa ab illa. Per uocatiuos quoque si a græcis uenerint as ꝑductã terminãtibus: ut Aeneas o ænea: Sosias o sosia. illud quoq; sciẽdũ ẽ ꝙ licet oĩs uocatiuus ĩ a desinẽs corripiatˀ etiam si sit apud græcos ꝑductus: ut Syria phrygia: In paucis tñ græcis iueniuntˀ poetæ fuasse more græcũ. Statius: Nõ tegea nõ ipse deo uacat alite fœlix. Cylene. & alibi. Te plangeret argos. Tene mea tibi lerna comas larissa ue supplex poneret

Numeralia uero in ginta finale habent indifferentẽ: ut triginta: uerba producuntur: ut ara memora: & monosyllaba ut da.

Aduerbia quoq; producũtur: ut ultra: præter ita puta: & quia coniunctio quæ tamen sit aduerbium. Virgilius: Heu quianam tanti cinxerunt æthera nimbi.

E terminata monosyllaba producũtur: ut me te se: excipiuntˀ

q̄'ue ne pro an: & syllabica adiectio pte: ut suapte quæ breuiātur: polisyllaba uero corripiuntur: ut cubile & præneste: nisi sint a græcis transsformata: ut ἑλένη helene: κύρηνη cyrene tunc uertitur η in e longam.

Vocatiuus quoq̄ a græcis transsformatus in es uel in e longam desinētibus similiter producūt: ut ἀγχίση Anchise πηλειδη Pellide: πολυξένη pollixene.

Ablatiui etiam quintæ declinationis: ut die cum suis compositis: ut pridie. tertiæ quoq̄ unus ut fame. In græcis inuenitur e producta finire ablatiuus tam primæ q̄ tertiæ declinationis. primæ: ut Lucanus Signaq̄ ab eufrate cum Crasso capta sequentes. Tertiæ similiter: ut Demosthene. Sed datiuus magis græcus pro ablatiuo positus est latino: ut εὐφράτη eufrate: δημοσθένη Demosthene: ei diphthongo in e longa uersa.

In uerbis etiam imperatiui modi secundæ coniugatiōis numeri singularis producitur e: ut mone sede: uale: nisi sequens dictio a uocali incipia. tunc corripitur aliquando syllaba longa. Virgilius. & longum formose uale uale inquit Iolla: hoc enim in communibus syllabis admonebimus.

In aduerbiis rursus producuntur quæ a datiuis transsfigurantur: ut a docto docte: fero fere: pulchro pulchre: exceptis bene & male quæ breuiantur.

I finita producitur: ut scripsi: exceptis nisi & quasi: & datiuis & uocatiuis græcis: quorum nominatiuus in is correptam desinit: ut daphnis daphnidi daphni: amaryllis amaryllidi amaryli: quæ breuiantur. nam si ab alio sint nominatiuo non etiam in i uocatiuum mittunt: sed datiuum tantūmodo: ut arcas arcadi: pallas palladi. Si uero synæresis fiat uel diphthongus apud græcos tunc in i uertitur longam apud latinos: ut ὀρφεῖ Orphei. Virgilius Orphei calliopeia lino formosus Apollo. notantur etiam mihi tibi sibi & ubi ibi quæ indifferenter ponuntur.

O terminata monosyllaba producuntur: ut do sto: polisyllaba indifferenter ponuntur: ut lego: Excipiuntur græca in o productā desineutia: ut μαντώ māto: διδώ dido: σαπφώ sapho. Datiui quoq̄ & ablatiui in o terminantes: ut populo lectio illo qui ꝑducūtur. Gerundia uero indifferenter ponuntur: ut legendo. Aduerbia quoq̄ modo producūtur: ut tanto subito: modo breuiantur: ut cito sero.

V finita producuntur: ut gelu cornu tonitru.

L. littera terminata corripiuntur latina ac barbara: ut sal animal mel pugil tanaquil & exul. Excipiũt̃ duo latina: ut sol & nil. & barbara in el: ut daniel & michael.

N littera finita latina & græca producuntur: ut pæan titan lien & ren. De græcis excipiunt̃ accusatiui terminantes in in: ut capin parin procrin. et in on neutra: ut illion pellion. Et accusatiui tam masculinorum quã fœmininorum atque communium in os correptam desinentium: ut Menelaos Menelaon: epodos epodon: hiacynthos hiacynthon: eutrapelos eutrapelon.

De latinis uero excipiũtur corripientia penultimã crescentis gtĩ ut nomẽ nominis. Præterea an forsan forsitan in & an cũ suis cõpositis & eiusmodi dictiones quę per apostrophen proferuntur: ut ui den: satin: egon pro uides ne satis ne egone.

R. littera terminata corripiũtur latina & græca: ut Cæsar nectar. De græcis excipiũtur in er desinentia ut αἰθὴρ æther χρατὴρ crater ρηα aer ἡ enim ut diximus semper in e longam uertitur. de latinis uero excipiuntnr monosyllaba ut lar far: par cum suis compositis uer cur & fur.

As syllaba finita producũtur latina & græca: ut ciuitas tis pallas antis: de græcis excipiũtur mittentia gtm̃ in dis ut arcas arcadis pallas dis. Actĩ plurales nominum per os formantium gtm̃ breuiant̃ ut phylis phylidos phylidas tros troos troas.

Es syllaba finita producuntur tam græca q̃ latina ut chremes chremetis uerres ris: hæres dis. de græcis excipiuntur ntĩ plurales ut: iliades garamãtes: de latinis uero corripientia penultimam gtĩ crescentis: ut hebes tis: teres tis: abies tis: tñ ceres & pes cũ suis cõpositis producuntur.

Is syllaba terminata corripiunt̃ græca & latina: ut paris collis: de græcis pariter & latinis excipiuntur ꝓducentia penultimam crescentis gtĩ: ut delphis uel delphin delphĩs: telchis telchin telchinis aris arinis soteris soterinis: propria samnis samnitis. Rursus excipiuntur de latinis accusatiui & datiui cum ablatiuis: ut dominis: omnis. & uerba secundæ personæ quartæ coniugationis: ut munis & unũ anomalum ut uelis cũ suis compositis ut nolis & maius. Monosyllaba etiam producuntur: ut dis uis cum suis compositis: ut q̃uis. Notantur is mis tis qs bis quæ breuiantur.

Os ſyllaba finita producuntur græca atq; latina: ut heros herois: nepos nepotis. de græcis excipiuntur neutra in os deſinentia: ut αργοσ argos: κῆτοσ cetos: & maſculina quæ per ου formant genitiuũ. ut typos ὁ τύπος τοῦ τύπου. de latinis autẽ unum os oſſis notantur apud quoſdam compos & impos.

Vs ſyllaba finita latina tm̃ corripiuntur. ut lepus leporis: digitus digiti: excipiuntur monoſyllaba: ut ſus ſuis: mus muris: thus thuris. deniq; omnia producentia penultimã creſcentis genitiui producũtur: uirtus uirtutis: tellus telluris: notatur palus quæ etiam corripitur apud Horatium: Regis opus ſterilisq; diu palus aptaq; remis: Genitiui quoq; quartæ declinationis nominatiui accuſatiui uocatiui plurales eiuſdẽ declinationis producuntur: ut huius manus o manus hæ manus has manus. Græca ſimiliter producũtur: ut melampus panthus.

C littera terminata producunt̃: ut ſic alec. excipiuntur lac donec nec: quæ breuiantur. nam hic hæc hoc indifferẽter ponuntur: q̃uis corripi magis debere Priſcianus quodammodo oſtẽdit dicens: hocce uocali ablata p ſynalimphã manentibus duabus cc ſolere produci. Virgilius: Hocce erat alma parens: nam ſi manentibus duabus cc producitur: igitur una remota corripitur.

D uero & t litteras terminata corripiuntur: ut aliud caput: niſi diphthongo terminetur: ut haud & aut, uel poſitiõe ut legunt: uel ſyncopa. ut ſumat pro ſumauit.

Q uẽadmodũ breues ſyllabæ aut lõgæ ſeu primæ ſeu mediæ ſeu poſtremæ fuerĩt dep̃hẽdant̃ breui pſcripſimus nũc qd̃ ſupeſt de cõibus deĩceps dicemus.

De cõmunibus ſyllabis.

Oẽs ſyllabæ modis riũt octo. Primus modus eſt ſi correptã uocalẽ duæ conſonãtes ſequũtur: quaꝝ prior muta eſt & ſequens liquida: & quidem eſt in hoc longa: Vaſto cyclopas in antro. breuis in hoc: Vaſtoq; a rupe cyclopas.

Secũdus modus eſt cũ correpta uocalis in unã deſinit conſonantẽ ſequẽte h: quæ nota aſpirationis eſt: longa eſt enim in hoc: Terga fatigamus haſta: breuis in hoc Quiſquis honos tumuli:

Tertius modus eſt cũ correptã uocalẽ duæ cõſonãtes ſequũtur: q̃rũ prior s littera eſt: eſt enim longa in hoc: unde ſpiſſa coma breuis in hoc: Ponite ſpes ſibi quiſque ſuas.

Quartus modus ẽ cũ correpta uocalis ptẽ terminat orõnis quæ in unã deſinit cõſonãtẽ: ẽ, n, lõga in hoc: nã tibi timbre caput euã

drius abstulit ensis: Breuis in hoc: Hic per caput o ciues. Hoc tñ pentimemeri & eptimemerit datur: ut si pars orationis in breuem desinat produci possit. Est ãt pẽtimemeris post duos pedes & semis ut in superiori exemplo Nam tibi timbre caput euandrius abstulit ensis. Eptimemeris aũt fit post tres pedes & semis: ut Cum muros arcẽq; ꝓcul & rara domoꝝ. nã etiã si in nullã desinãt cõsonãtẽ Pẽtimemeris uel eptimemeris uidetur exẽplo probari posse: ut Dona dehinc auro grauia sectoq; elephanto. Sed sciendum ẽ ꝙ breuis syllaba potest pro longa poni: ut Tunicaq; induitur artus. ecõuerso longa pro breui: ut Obstupui: steteruntq; comæ:

Quĩtus modus est cum diphthõgon uocalis sequitur. est enim longa in hoc Musæ aonides: breuis in hoc Insulæ ionio in magno.

Sextus modus est cum nudam uocalem uocalis sequitur. ẽ enĩ longa in hoc: o ego infœlix: breuis in hoc: sub Ilio alto.

Septimus modus est cũ pro nomen. c. littera terminatum uocalis statim sequitur est enim longa in hoc: Hoc erat alma parens. breuis ĩ hoc: solus hic inflexit sensus. sed hic pro duabus consonantibus ponitur C ut dixi. unde etiam apud antiquos ita scribebatur hocce erat.

Octauus modus est cum breuẽ uocalem sequitur. z. est enim in hoc lõga: Mezẽti ducẽ exuuias. breuis ĩ hoc Nemorosa zacyntos.

Omniboni Leoniceni Vincentini de Arte metrica libelli

MARII SERVII HONORATI GRAMMATICI CENTIMETRVM.

Larissimo uiro Albino Marius Seruius grammaticus. S. Tibi hunc libellum prætextator uidelicet decus urbis Albine deuoui. Nam licet patris auiq; (quibus maximã reuerentiam litteræ debent) quotidie urgearis exẽplo: ibiq; pubescas quo uelut ad musarum sacra uenitur, nõ tamen cælo suo tantum numina ꝓferũtur: sed sæpe humiles lucos ac uilia pauperum tecta subierunt. Quare laboris mei uelim faueas uoto: indulgeas audaciæ: Quod si secus cesserit in cupiditatem deuotiõis interpretabor euentum placendi: licet audacter: non tamen indignanter hunc libellum qui uoluerit centimetrum nominabit. Tot enim metroꝝ genera digessi quãta potui breuitate ratione omittẽs Quo quidem quod nascatur ex genere: qua scansionum diuersitate cædatur: quæ res plus confusionis q̃ utilitatis habet. Sed lectori hæc generaliter sunt scienda. Finalem syllabam in omnibus metris indifferenter accipi. Solutionem esse cum pro una longa syllaba duæ breues ponuntur: loca imparia dici primum: tertium quintum: & deinde paria secundum: quartum sextum. Et deinde pentimemerim esse cũ post duos pedes sequitur syllaba: quæ partẽ orationis terminat. Eptimemerim uero cum post duos pedes similiter sequitur syllaba. Tertius trochaicus cum post duos pedes perfectos finita parte orationis trochæus remanet. Tretartus trochaicus cum diffinitione eadem tenet quartum locum trochæus. Catalecticum uersum dici cui una syllaba deest: Brachycatalecticum cui duæ hypercatalecticum cui una syllaba superest: Achatalecticũ ubi nihil plus minusue est in uersu: qui legitimo fine clauditur. Monometrum dymetrum trimetrum uel tetrametrũ uersum dici a numero pedum. In iambicis trochaici anapæsticis metris uersus per pedes duplices computari: in cæteris metris per pedes simplices. Metra uel a pedibus nomina accepere: uel a rebus quæ describuntur: uel ab inuentoribus: uel a frequentatoribus: uel a numero pedum. Eaq; octo esse principalia metra: iambicum: trochaicum dactylicum: anapæsticum: coriambicum: antipasticum: ionicum a maiore: ionicũ a minore: De quibus carptim tractabimus eligentes ea quæ ad palmam lyre perducit uoluptas.

Etra iambica locis imperibus qnq; recipere pedes possunt iambum tribrachũ spondeum dactylum anapestum: lo-

ci s autē paribus tm̃ iambū̃ uel tribrachū̃: & apud cōmicos frequenter anapestū̃: ita tamen ut multaꝝ breuium iunctura uitetur. sed ex plurimis metris. xiii. usui tradenda subieci.

Aristophanium metrum constat monometro hypercatalectico: ut est hoc Valles per imas.

Euripydium constat dymetro catalectico: ut est hoc Dissolue bacche crines.

Anacreontiū̃ constat dymetro brachycatalectico: ut est hoc Aiax furit dolens.

Archilochicum constat dymetro acatalectico: ut est hic Serena lux micat polo.

Alcaicum constat dymetro hypercatalectico ut est hic Amant uenena parricidæ.

Alcmanicum cōstat trimetro brachycatalectico ut est hic Spernis decoræ uirginis toros.

Hipponatyum constat trimetro catalectico: ut est hoc Doctis thalia uatibus fauebat.

Archilochium constat trimetro acatalectico: ut est hic Martem fatigat prodigus uitæ furor.

Anacreontium constat trimetro hypercatalectico: ut est hic Amor puellæ pectus improbe fatigat.

Aristophaniū̃ cōstat tetrametro brachycatalectico: ut ē hoc Marce bū̃t lucernæ sol ꝑpinquat: nū̃c uero uacas. Item de aristophāio.

Aristophaniū̃ constat tetrametro acatalectico ut est hoc Hic finis est iambe solue uindicis dolor meli.

Hipponacticum cōstat trimetro acatalectico ut est hoc Pauper poeta nescit antra musarum.

Etra trochaica principaliter cōstāt trochæo locis tm̃ imparibus. hos recipiū̃t pedes trochæū̃ tribrachū̃ & nonnunq̄ dactylū̃. ĩ locis uero ꝑibus cū̃ his quos supra memorauimus spōdeū̃: anapestū̃ dactylū̃. sed ex plurimis. xiii. usui tradēda subieci

Pancratium constat monometro hypercataletico: ut est hoc: Auctor optimus.

Ityphalicum constat dymetro brachycataletico: ut est hic Bacche iunge tygres.

Eurypidiū̃ cōstat dymetro cataletico: ut est hoc uultur altius uolat:

Alcmanicum constat dymetro acataletico: ut est hic Phystula canit subulcus.

Bacchilidium constat dymetro hypercataletico: ut est hoc Floribus corona texitur.
Saphycum constat trimetro brachycataletico ut est hoc Rex pater Iuppiter & deorum.
Archiloicum constat trimetro cataletico ut est hoc nox amoris & quietis conscia.
Sotadicum constat tr metro acataletico ut est hoc A rua sic canibus intrat ite læti.
Sapphicum constat trimetro hypercataletico ut est hoc Splendet aurum: gemma fulget: forma sed placet.
Sotadicum constat tetrametro brachycataletico: ut est hoc Thraceum nefas renarrat catulis hirundo.
Archiloicum constat tetrametro catalectico ut est hoc Tolle hircos æra pulsans iam lyæus aduenit.
Hipponacticũ constat tetrametro catal. claudo ut est hoc Pelle tonsis i terga ponti uela tende pergamus.
Anacreontium cõstat tetrametro catal. ut est hoc parce iam camœna uati: parce iam sacro furori.

Etra dactylica principaliter constant dactylo: recipiunt tamen spondæum: & interdum ultimo loco trochæum. Sed ex plurimis. xviii. usui tradẽda subieci.

Adonium constat dymetro catalectico: ut est hoc Findite fluctus.
Hirminachiũ cõstat dymetro acatalectico ut ẽ hoc Tybia psonet.
Archiloicium constat dymetro hypercatalectico ut est hoc Garrula uenit auis.
Alcmanicum constat tetrimetro catalectico ut est hoc Tundite pectora palmis.
Simonidium constat trimetro acatalectico ut est hoc Indue pallia serica
Alcmanicum cõstat trimetro hypercatalectico ut ẽ hoc Lurida brachia cur retegis.
Archiloicium constat tetrametro catalectico ut est hoc Arent solsticia sola terræ.
Alcmanicum constat tetrametro acatalectico ut est hoc Virgo decens cumulas reliqua tibi.
Aimaniam constat tetrametro hypercatalectico ut est hoc Vita icta minis caret ingenio.
Stesychorium constat pentametro catalectico ut est hoc

Marsya cede deo tua carmina phoebi.
Symonidium constat pentametro acatalectico ut est hoc Parthenopeus erat puer arcadiæ decus.
Chyrilium cõstat pentametro hypercatalectico ut est hoc Pulchra puella comas ambit sibi palmitibus.
Heroicum constat exametro catalectico: ut est hoc Vulnera bella tubæ numero conduntur homeri.
Bucolicum constat exametro catalectico ita ut quartus dactylus p̃tẽ terminet oratiõis ut est hoc Rustica syluestri resonat bene phystula cantu.
Iphicum constat exametro acatalectico ut est hoc Sidera pallida diffugiunt face territa luminis.
Alemanicum constat exametro hypercatalectico ut est Alma uenus paphũ ingreditur rosa luceat ex aditis.
Stesychoriũ constat eptametro catalectico ut est hoc æacides iuuenis trahit hectora plangite pergama troes.
Iphicũ constat eptametro acatalectico ut est hoc Versiculos tibi dactylos cecini puer optime quos facias.

Etra anapæstica principaliter constant anapæsto: Recipiũt tamẽ frequenter & spondeũ raro proceleumaticũ. apud comicos ãt hñt dactylũ sæpiusq; ultima cũ supest syllaba in duas soluitur breues. Sed ex plurimis. xiii. usui tradenda subieci.
Thiriniciũ cõstat monometro acatalectico ut ẽ hoc Calidũ iubar ẽ.
Choricũ ɔstat monometro hypcatalectico ut ẽ h: aius male fortis.
Aristophaniũ constat dymetro brachycatalectico ut est hoc Venit optima calliope:
Partheniacũ constat dymetro catalectico ut est hoc Huius est fœlix nimium prior ætas.
Pyndaricũ constat trimetro brachicatale. ut est hoc Medium rapidum mare tyberis adit fluuio.
Alcmaniũ constat trimetro catalectico ut est hoc Date pierides mihi carmen dactyliorum.
Stesichoriũ constat trimetro acatale. ut est hoc Latet in thalamo tibi uirgo decens Veneris specie.
Simonidicũ cõstat trimetro hypercatalectico: ut est hoc: Tuba terribili procul ære sonat clypeũ quate miles.
Alcmaniũ constat tetrimetro brachycatal. ut est hoc Sua munera ferre uenus alma rosas iuueni cineri adelete.

Aristophaniũ cõstat tetrimetro acatal. ut est hoc date uina mihi: date mihi serta. iuuat dare tempora tot alto Ioui.

Etra coriãbica prĩcipaliter cõstãt choriãbo ue℞ q̃a ut suo pede claudant accipiũt in fine amphibrachum & bacchium: Sed ex multis metris hæc quattuor usui tradenda subieci.

Aristophaniũ constat dymetro & amphibraco ut est hoc Purpureus tyrannus.

Sapphicũ cõstat trimetro & amphibraco ut est hoc Dulcisonæ pierides uersifico fauete.

Anacreontium constat dymetro & amphibraco ut est hoc Virgilius Mantua quem creauit.

Callimachũ constat tetrametro & amphibracho ut est hoc armipotens mars genitor romuli da ueniam precamur.

Etra antipastica principaliter cõstãt antipasto: ue℞ sæpe prima pte q̃ iãbũ tenẽt spõdæũ libenter accipiũt. Sed ex plurimis. iiii. usui tradenda subieci.

Panicũ constat dymetro brachycatalectico ut est hoc Fauni semideum numen adest.

Anacreontiũ constat trimetro brachycatalectico ut est hoc Curas mitigant dona lyræ.

Alcaicum constat tetrametro brachycatalectico ut est hoc Infandum tetigit sidera carmen magorum.

Etra ionica a minore principaliter cõstãt ionico suo: ac raro alterius pedis patiuntur accessum. Sed ex plurimis sex usui tradenda subieci.

Timocratiũ constat catalectico ut est hoc Sapientes amor odit.

Anacreontium constat dymetro: ut est hoc. Fuge uirgo fuge munus Veneris.

Sapphycum cõstat trimetro catalectico ut est hoc: Sonat alta trabe fixus tibi molus:

Phrinycium constat tetrametro catalectico ut est hoc Tibi ueris fero donum sola quæ dant ueneris.

Alcmanium constat tetrametro catalectico ut est hoc Timor omnis docet artes: timor auget bona mente.

Etra ionica a maiore principaliter constant ionico suo: ue℞ & dyambũ & dytrocheum nõ recusant: solutionem patienter admittunt. Sed ex plurimis tria usui tradenda subieci:

Hipponacticum constat dymetro brachycataletico ut est hoc: Pal-

mam cape uictor.

Praxilum constat dytrimetro brachycataletico ut est hoc: Fortis iuuenis sume coronam.

Soradicum constat tetrametro: ut est hoc Sal pix iam tempus fugit intende dolo laborem.

Eliqua deinceps metra nõ ea lege qua superiora reperimus Illa enim uelut confusa digessi hæc uelut dispersá collegi: Sed ex plurimis.xxv.usui tradenda subieci.

Phaliscum constat tribus dactylis & pyrrichio: ut est hoc: Docta phalisca serene paras.

Pherechratium cõstat spondæo dactylo & trochæo: ut est hoc: Reges purpura monstrat.

Glycõiũ ɔstat spõdæo coriãbico pyrrichio ut ẽ h̄ odi ptheĩũ nemus

Asclepiadeũ constat spondæo & duobus coriambis & pyrrichio ut est hoc Vitæ pars melior q̃ cito labitur:

Alcaicũ constat spondæo tribus coriambis & pyrrichio ut est hoc: profusa æacides procubuit sub paridis manum.

Elegiacũ constat pentimemeri prima heroica secunda dactylica ut est hoc Mœret diffusis flens elegia comis:

Eulogitiũ cõstat primo pede dissyllabo quolibet & quattuor dactylis: ut est hoc Sappho composuit male casta poemata:

Murũ constat ita ut heroicũ sed pyrrichio clauditur ut est hoc Mortem contẽnunt laudato uulnere getæ.

Priapũ constat de gliconio & ferratio ut est hoc Helespõticũ tuũ numen protegit hortos.

Phalleutium constat spondæo dactylo tribus & trochæis ut est hoc Istmos diuitibus superbit undis.

Saphycũ constat trochæo spondæo dactylo & trochæis duobus ut est hoc Faune nymphaꝝ metus & uoluptas.

Saturniũ constat dymetro iambico & itysallico ut est hoc Isis per errat orbem cum crinibus profusis.

Archilochium constat parthemaco & itypallico ut est hoc Remeabat ab arce tyrannus cruentus.

Aenittologiũ constat dactylo & iambico & pentimemeri ut ẽ hoc Fontes ligant gramina lætificos.

Alcaicum constat pentimemeri dactylica & duobus dactylis ut est hoc Carmen relaxat tædia pectoris.

Archiloicium constat tetrametro bucolico acatalectico

typallico tribus trochæis ut est hoc Linea pastor tibi concidit ī pro isunda ponti.

Galiambicum constat dymetro iambico acatalectico & anapæsto uel spondeo cum duobus iambis: ut est hoc Tnera recrispat aura tremulo sinu freti

Archiloicū cōstat pētimemeri dactylica & dymetro iābico: ut ē hoc Sydera cūcta micant decore lucis aureo.

Archilochium cōstat dymetro iambico & pentimeri dactylica: ut ē hoc Iñ lyæo dediti tympana iam quati unt.

Heroicū ē quotiēs sonus ultimæ syllabæ similis ē præcedētis: ut est hoc Exercet mentes fraternas gratia malis.

Reciprocu: heroicus in sotadico est quotiens ad finem scansus sotadicū facit: ut ē hoc Ire cupis sirus mala uites somnia quæso: Quæso somnia uites mala sirus cupis ire.

Reciprocus iambicus in elegiaco est quotiens a fine scāsus elegiā facit: ut est hoc Micant nitore tecta sublimi aurea: Aurea sublimi tecta nitore micant.

Eurypalicus uersus est cum uerba prout sequuntur syllabis crescunt ut est hoc: Rem tibi confeci doctissime dulcisonorā. Habes lector manualem in compendio discendi libellum: quem magis probabis si tibi usus scribendi uoluntas exoluat.

FINIS

Impresum Venetiis per Maximū de butricis papiensem, M, cccc, lxxxxi. die uero xviiii. Augusti.